

1680.

1. Lyser [Leiser], Wilhelm: De concursu actionum
2. Leiser, Wilhelm: Explicationum l. Scripturas
11. l. qui potiores in pignore habeantur.
- 3^{4.} Martini, Werner Theodor: De gradibus culpae et
pene in delictis.
5. Pilarik, Esajas: De eclipsi lunae
6. Schleenstein, Godfr. Nicolai: De affinitate.
7. Stolbergius, Balthus: De angariis veterum.
8. Strauss, Godofredus: Deadem. . . positio-
num juridico-practicarum disquisitioni
subiiciet publicae.
9. Straunius, Godofredus: Jurareundi Forenses
ab iure Partis.
10. Waechter, Christoph: Ad Ulpiani l. 5 par. 2.
Comm. et l. 2 3 d. R. j. sine de gradibus
culpae in Contractibus Commentatus in au-
jurialis . . .
11. Freyler, Hieronymus: De eo quod iustum est circa
mortuos.



1688.

1. Lyser [Leizer], Wilhelm: De jure civilitatis
vulgo von Bürgerrecht.
2. ^{aib} Lyser [Leizer], Wilhelm: De robaria et vi
brunorum raptorum.
3. Naevius Joh. Carolus: De ambitu et suffragio
rect. fr.
4. Naevius, Joh. Carolus: De homicidio doloso
ca l. Cornelia de sicar. et venef.
^{aib?}
5. Schleenstein, Godsp. Nic.: Dissertatio juridica
sistens de inquisitionem in Adrem et Eoan,
delinquentes.
6. Schleenstein, Godsp. Nic.: De gratia principis.
7. ^{aib} Strauss, Godsp.: De capitulatione vulgo von
Kopff-Gewe. 4 Exemp.
8. Straussin, Godsp.: De obligatione patriofam. d.
in cupis aribus incendium ortam.

9. Vagelinus, Christianus 1744. : De successione principis
jura principum et apomaxid

[Faint, illegible handwriting on aged paper]



530/1
I. N. D. N. I. C.
DISSERTATIO JURIDICA
DE

1651 M 2
13
ROBBARIA
ET
VI BONORUM
RAPTORUM

QVAM
ASSISTENTE DIVINO NUMINE
PERMISSU

MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS
IN CELEBERRIMA ACADEMIA

LEUCOREA
PRÆSIDE

VIRO NOBILISSIMO ATq; EXELLENTISSIMO

DN. WILHELMO LYSERO

J. U. Doct. & antecessore ibidem longè ce-
leberrimo &c.

*Dno. Patrono Fautore ac Praeceptore suo aeternum
de venerando exhibet*

JOH. CHRISTIANUS MEISNERUS

Witteb. Sax.

Autor & Respond.

IN ACROATERIO JCTORUM.

Ad d. April. Anno 1681.

Wittenberga, Typis JOHANNIS WILCKII.

PERILLUSTRI AC GENEROSISSIMO
DOMINO

DNO. NICOLAO
S. R. IMP. BANNERETO
ET LIB. BARONI
â GERSDORFF.

In

Baruth / Bretingen / Hauswalda / Rackel ic.
Toparchæ

Serenissimi ac potentissimi Electoris Saxonix
in Consilio sanctiori Senatori & Comiti
Cubiculario

Domino suo gratiosissimo,

*Hoc quaecumq; exercitium Acad. humillime
offert ac consecrat.*

Joh. Christian Meisner
Wittenb. Sax.



I. N. J.



Nil nostris temporibus magis mores invasisse, nihil magis grassari quam cupiditatem alienis rebus potiundi, adeo ut non nunquam pax etiam domestica propterea violetur restatur Isidorus, cum tamen nihil sanctius ac omni religione munitius esse debeat, quam domus uniuscujusque.

Cic pro domo sua nec non tutissimum refugium unicuique præbere. l. plerique 18. ff. de in jus voc. quod & affirmat Carpz. Pr. Cr. p. 1. q. 40. n. 13. Quin & moderatur omnium rerum ex singulari providentia distincta inter homines voluit esse dominia, ut unusquisque in domo sua pacem quietam fruatur. Nemo enim inficias ibit, communia si quæque essent bona, secundum c. dilectissimis XII. q. 1. neminem laboraturum: ideo & Divino & humano jure cautum atque provisum ut dominia inter homines sint divisa, quæ ductu §. singulorum 11. Instit. de Div. rer. multis modis hominum fiunt, qui modi omnes referendi sunt, vel ad jus Naturale seu Gentium vel civile. Est autem dominium jus de re corporali perfecte disponendi aut vindicandi nisi lege vel conventionem quis prohibeatur. Bartol. & Dd. ad l. si quis 17. §. differentia 1. ff. de acq. posses. & dicitur à domino, nonnulli tamen volunt à domo Donell. L. 9. c. 8. Omnia quidem si primævum statum consideramus erant communia sive indivisa omnibus Justin. histor. L. XLIII c. 1. D. Struv. Ex 41. th. 2. sed postquam lapsu Protoplastorum tanta esset hominum improbitas, ut non possint rebus communiter uti, (nec non naturale iudicium ostendit fieri non posse, ut homines insatiabili quadam cupiditate corrupti, fruantur communiter rebus omnibus) imo ratio dictavit iniquum videri si ignavi & desides alieno alantur labore, cum quemlibet deceat, in sudore vultus sui comedere panem

er



nem suum usque dum terra ad terram redeat, secundum effatum
 divinum *Gen. 3. v. 19.* hinc factum est, ut naturali ratione svadente
 singularum rerum certa & distincta constituerentur dominia, &
 unusquisque suum teneret: sed & pax & tranquillitas in societate
 hominum retineri haud posset si permetteretur communio, quæ
 discordiam excitare solet. *l. cum 77. §. dulcis. 20. ff. de Leg. 2.* secun-
 dum quam communionem raperet quilibet & abuteretur pro suo
 arbitrio alienis fortunis. *Schneid. ad §. singularum 11. Inst. de Div. rer.*
n. 9. Singularem autem Numinis consilio non solum distincta intro-
 ducta sunt dominia, sed & Magistratus sine quo civitas esse nequit,
 institutus. *Cic. L. 3. de bello. Arniseus. L. I. c. 7. Polit. Classen. Polit.*
L. IV. c. 5. Qui est præfectus societatis Civilis cui à Majestate con-
 cessa est potestas de negotiis Civilibus & Criminalibus cognoscen-
 di, judicandi, & imperandi. *Bæclerus ad L. I. c. 3. Groti. de J. B. &*
P. Classen. L. III. c. 6. th. 2. Notanter in hac definitione dicitur à maje-
 state & non solum intelligitur, illam potestatem concessam esse ab
 eo qui summum habet imperium in territorio suo, sed potius à Deo
 qui omnium rerum principium, medium, & finis. *Nov. 109. unam*
nobis. quod & probatur dictis scripturæ. *Gen. 9. v. 6. Exod. 18. v. 13.*
Rom. 13. &c. ubi clare habetur, nullum magistratum sine nutu divino
 esse constitutum ideo etiam minister iræ Divinæ appellatur. *Rom. d.*
l. v. 12. In magistratibus autem requiritur præprimis, ut curam
 agant utriusque tabulæ decalogi, hinc [1] Dei timorem in animo
 concipiant, ejusque implorent benignitatem *Nov. 77.* [2] Leges
 fanciant de negotiis Civilibus & Oeconomicis. (3) Sedulo provi-
 deant, ut leges promulgatæ veniant in executionem (4) Delinquen-
 tibus pœnas pro qualitate delicti aut irrogent, aut minuant. Non
 enim parum esse æstimandum, judicem in civitate constitutum esse,
 docet *Aristot. Polit. L. 1. c. 2.* Ut nimirum unicuique jus suum quod
 ipsi debetur tribuatur §. *juris 3. J. de J. d. J. &* alter ab alterius in-
 juriis & insidiis tutus reddatur. Præsertim tamen judicis est (1)
 actoris quærelam facile audire (2) causam exacte cognoscere & (3)
 in ferenda sententia nihil gratiæ, nihil odio concedere, sed sepo-
 sitis affectibus citra munerum corruptelam juxta leges receptas ju-
 stum & æquum pronunciare, nec male judicando jus suum quod
 ipse

ipsi debetur detrahere; quamobrem etiam sacerdotes iustitiæ nomi-
 nantur. Non incommodè apud Thebanos fingebantur imagines
 iustitiæ cœcæ & sine manibus referente *Diodor. sculo L. I.* quod Plu-
 tarchus ita interpretatur, quod iudices nec munera capere nec ocu-
 los in cuiusquam gratiam deflectere debeant, quin imò iudex tri-
 bunal iustitiæ conscendens ita iudicet uti se iudicari exoptat à Deo
Nathen. P. 1. T. 1. c. 2. de vulnerat iust. ipso enim momento quo
 alium iudicat à Deo omnipotenti iudicatur docente *Carpz. Pr. Cr. P. 3.*
q. 105. n. 101. & gloss. German. in art. 30. Lib. 3. Landr. in verb. der
 Richter sol gleich ibid. Hier höre zu der du ein Richter bist / und
 siehe daß du ein gleicher und rechter Richter sehest / und gedencke
 an daß strenge gerichte unsers Herrn Jesu Christi / dann Gott
 ist zu derselben Zeit und Stunde auch an dem Orth / wen und wo
 du richtest ein aestrenger Richter / und richtet über dich gleicher-
 massen als du über andere richtest. Graviter etiam veteres in iudi-
 ces male iudicantes adverterunt, quod videre est ex historia Cam-
 bysis qui Sysamni pellem detrahere, eaque tribunal vestiri iussit,
 mandavitque porro filium Sysamnis Oranem tribunal conscendere,
 patris exemplo admonitum ne male iudicaret. *Herodot. L. V. c. 25.*
Godofr. Chron. Part. 2. p. 89. Svilius quæstor Germanici iussu Tibe-
 rii eo crimine infamis in Insulam deportatus fuit *Tac. Annal. L. IV.*
c. 31. Episcopus Coloniensis iudices quosdam, quod contra mulie-
 rem pauperulam iniquam tulissent sententiam oculis privari vo-
 luit, uno excepto qui compater erat, cui unum saltem oculum effo-
 dere iussit ut reliquorum occœcatorum iudicum dux esset. Quin
 nec ab hominibus solum hoc delictum coercetur, sed & à Deo cu-
 jus scilicet nomine inter homines iudicia exercentur *2. Paralip. c. 19.*
v. 6. 7. Hinc pœnarum irrogatio ad Deum refertur *Rom. 13. v. 4.* in
 verbis, si malum feceris time, non enim sine causa magistratus gla-
 dium gerit: Dei enim minister est, vindex in iram ei qui malum
 agit. Sed & reipubl. interest delicta non esse impunita, sed potius
 delinquentes puniri, & velut putrida membra tolli. Quam turbi-
 dus & corruptus status foret si iudices in commissa facinora non vel
 parum inquirerent. *Sarcerius in disciplina de republ. p. 105.* Carere
 tamen iudex debet animo Pisonis qui sine clementia imò sine confi-



deratione tres innocentes trucidari iussit Senec. de ira L. I. c. 16. præsertim in criminalibus, quæ enim vitam hominis concernunt non parvi sunt æstimandæ. N. A. zu Speyer Anna 1529. Sachen die eines Menschen Leib und Leben angehen / haben wichtiges und tapfferes Nachdenckens vonnöthen. & Weichbild art. 17. Wenn die Klage geht zu Haut und Haar / ist sich wohl vorzusehn. Considerare itaqve debet, Personam, Locum, Tempus, minimasque circumstantias svadente Chrysof. homil. 10. in Matth. § XXIII. q. 8. c. Occidit. minima enim circumstantia (uti tritum sonat proverbium) variat totum casum, cauteqve procedere, ne in exeqvenda sententia nimium festinet, sed moram quandam inter ipsam sententiam & ejus executionem intervenire patiat, si enim semel erratum fuerit in executione sententiæ criminalis, postmodum non datur consilii corrigendi potestas: Unde Theodosio placuit in l. si vindicari 20. C. de pæn. ne severum suppliciū ante 30. diem mandaretur executioni. Magna itaqve in circumspecto iudice requiritur prudentia, cum in ferenda, tum in exeqvenda sententia, ne nimis festinando propriam lædat conscientiam sed quandoqve commiserationi locum relinquat. Iis tamen in casibus quibus reipubl. vis & incommodum infertur, non facile iudicem esse debere testatur. D. Falckner. in differt. de gratia quia reipubl. eodem loco est quo pupillus Principi. l. rempubl. 3. C. de jur. reipubl. l. Respubl. 4. C. quib. ex caus. major. Varios autem esse modos quibus Respubl. bene constituta violatur ac corrumpitur testatur Aristot. L. 5. Polit. nimirum (1) per fallaciam (2) mutationem quæ fit sponte & bona cum gratiam tum Imperantium tum parentium & [3] per vim quæ in delictis adhibetur Arniseus L. II. c. 3. Polit. & dividuntur ista delicta juxta leges Romanorum in Popularia & Extraordinaria, Publica & Privata. Popularia sunt quæ ad totam civitatem pertinent & unusquisque de populo habet actionem: r. t. ff. de pop. act. Extraordinaria quæ arbitrio iudicis pro varietate circumstantiarum extra ordinem criminali iudicio cœercentur. l. 1. ff. de extraord. crimin. Publica verò in quibus puniendis damnum quod per illa Reipubl. illatum vindicatur; & ut hoc vindicatur ordinariæ & criminales pœnæ legibus publicorum iudiciorum statuta. l. 1. ff. de publ. iud. D. Struv.

D. Struv. Jpr. L. 3. t. 28. Privata quibus privato læditur eiqve ad perse-
quendum actio datur. Non autem animus est, omnia delicta re-
censere alias nec charta nec tempus sufficeret: quam ob rem tan-
tum de delicto quo etiam Respubl. læditur & rapina nominatur in
præsenti dissertatione agam. Te autem Numen Divinum devotis-
simis precibus veneror, ut gratia tua Divina conatibus meis ex alto
benedicere velis.

CAP. I.

DE

DEFINITIONE, DERIVATIO-
NE, ET DIVISIONE.

§. I.

ET autem Rapina dolosa & violenta rei alienæ mobilis (im-
mobiles enim invadi & per vim possideri dicuntur. *l. fin. C. ad*
L. Jul. de vi publ. Schnobel. Disp. 24. §. 6. Borchold. ad pr. Inst.
vi bon. rapt.) contractatio quo quis dolo malo rem alienam
mobilem lucri faciendi animo vi aufert. *pr. Inst. vi. bon. l. 1. C. b. t.*
Exhold. ff. b. t. §. 1. Anton. Mathai ff. b. t. n. 1. D. Struv. Exerc. 48. tb.
46. Dicitur autem rapina à Verbo activo Rapio, quæ sine vi contin-
gere nequit, talemque denotat vim, quæ semper dolum includit.
Non enim vim Justam quæ magistratui competit, vel Domino in
servos concessa est intelligimus, sed vim accipimus atrocem, & eam
quæ adversus bonos mores fiat: *l. continet 3. §. sed. 1. ff. quod met: cau.*
item talem quæ semper dolum malum includit. *l. Prator 2. §. doli 8.*
ff. b. t. Gallis non incommode raptor dicitur Voleur à verbo Voler
volare quia quemadmodum aves alis plaudentibus aërem secant, neque
certum servant locum, sic raptores huc & illuc quasi volant, homini-
busque vim inferunt: quapropter rapina à Dd. refertur inter casus for-
tuitos, qui est inopinatus rei eventus. & à consilio humano prævideri
nequit. *l. 1. §. sicut. 7. ff. de admin: rer: Nicasius p. 123. n. 6.*
qualis est mors animalium, fuga servorum, incendium tumultus,
rapina *l. contractus. 23. ff. de D. R. J. Carpz. P. 2. C. 26. d. 15. n. 4.*
nemo enim tam imprudens esset ut sine necessitate periculo & ra-
pinæ

pinæ se exponeret *D. Petr. Müller: ad d. l. Plauto non in usitatè denotat celeritatem, dum dicit rapienda mihi & occasio, quæ etiam locutio arridet Luciano. L. III. v. 115. propter lubricitatem & celeritatem ne de manibus elabatur, secundum tritum & vulgatum, fronte capillata est posticâ occasio calva, annuente lege rapienda. 168. ff. de D. R. 7.* Nos verò hac in dissertatione solum agimus de vi bonorū raptorum quæ uti supra dictum solum versatur circa res mobiles, primariò quidem alienas, ut ex definitione constat: Applicatur tamen & ad res proprias §. *ita. 1. Inst. h. t.* Dicitur autem non solum rapina sed & Robbaria *Carpz. P. 4. C. 35. d. 4. Pr. Cr. q. 90.* quæ tamen strictè sic dicta solum ad viam publicam restringitur & si concurrat homicidium dicitur latrocinium *Damboud. Pr: Cr: c. 102. Carpz. Pr: Cr: d. l. n. 2.* Raptus itidem non rarò pro rapina apud *Tacit: Annal: L. XV, c. 38.* invenitur, quanquam nonnulli velint hoc esse discriminis, quod raptio referatur ad personas, raptus ad stuprum, rapina verò ad res mobiles. *Basil: Faber: p. 1180, 6.*

§. II.

Ut autem rapina distinctius cognoscatur observandum imprimis venit Objectum & Forma ejus. Contingit autem rapina vel circa homines & dicitur in specie raptus. *tit: C. de raptu virgin: & est violenta mulieris honestæ abductio libidinis explendæ causa. Schneid: ad §. item. 8. Inst. de publ. judic: n. 2. XXXVI. q. 1. c. lex.* notanter in hac definitione mentio fit honestatis; in meretrice enim nullum esse raptum omnes consentiunt *Dd.* cum enim ea corruptissima jam supponatur, lassariq; impudica possit, corrumpi amplius non potest. Coeterum raptum gravissimis Imperator annumerat criminibus *Anton. Mathæ. ff. de vi publ. & priv. n. 5.* Vel circa res, & hæc iterum vel circa profanas mobiles, de qua in præsentî disputatione, & quæ locò moveri possunt: *D. Struv. Ex. 48. th. 48. l. 1. & l. fires. 2. C. h. t.* Quanquam David à Mauden velit apud *JCros* & in foro Politico ita usu receptum esse, ut rapina strictè sic dicta solum versetur circa res mobiles sed in foro Theologico etiam in rebus immobilibus committi rapinam, & peccatum mortale esse, probatur ex *Paulo. 1. Cor. 6. Luc. 18.* Vel circa res Ecclesiasticas diciturq; *Sacrilegium Exchold ad ff. h. t. §. 2.* Ubi in rebus ecclesiasti-

siasticis itidem aliquod datur discrimen, quod alia sint consecrata, alia minus, quod diligenter observatur in *Const: Cr: Carol: V. art: 171. & 172. Reusn: L. 1. dec. 16. n. 6.* Coeterum ablatio rerum quae loco moveri occultarive queunt, ad strictè sic dictam rapinam pertinet, sive sint sacrae sive profanae. Committi tamen illa potest in re minima nec in ea quantitas rei ablatae respicitur, sed pax violata. *Carpz. P. 4. C. 35. d. 4.* nec requiritur ut res (uti supra diximus) semper sit aliena, nam & in re propria si in alterius est potestate, nimirum per mutuum, commodatum, &c: perpetrari potest. *Schneid: ad §. ita 1. Inst: h. t. n. 2. Struv. Ex. 48. th. 48. Scotan: ff. h. t. p. m. § 38.* & qui dolo malo commiserit tenetur ad restitutionem fructuum, si vero sine dolo non tenetur ad restitutionem fructuum, sed saltem amittit dominium *l. si de 4. Et l. si quis 7. C. unde vi. l. extat 13. ff. quod met. caus. Nicaf. p. 359. n. 3.*

§. III.

Forma rapinae consistit in ablatione rei violenta, quae etiam violentia juxta canonem Philosophorum dat esse rei, ubi duo involuntur. (1) Actio est, quae res aufertur atque ordo à Deo institutus violatur, quo distincta inter homines voluit esse dominia, & suas quemque quietas, fartas & tectas, habere possessiones. Deinde accedere debet violentia, quae majoris rei impetus est qui repelli nequit. *l. vis. 2. ff. quod met. cau.* & haec violentia separat hanc speciem à furto, tanquam ablatione, quae sit clanculum vel sine vi quamvis manifestè. Non autem, uti supra dictum, talis vis intelligitur quae superioribus in inferiores concessa est, sed atrox & quae in bonos mores impingit, nec sine tali vi rapinam committi posse testatur *Tabor. p. 232.* Vim autem intulisse censetur non tantum qui violentum propositum perficit, & repugnanti rem suam aufert, verum etiam qui vim inferre voluit cum alterum spoliaret: nihil enim defuisse videtur quam objectum repugnans. *Mascard. de probat.* Imò & actio violenta est, nec non vis, quando viatorem minis compellit ut pecuniam resque alias tradat vi extorsurus, nisi sponte dederit.

§. IV.

Quemadmodum autem Furtum Damnum, & Injuria non
B sem-



semper unius sunt generis sic & Rapina. *Bachov. ad b. t.* Hæc enim
 (I.) Alia est simplex, alia composita sive cum delicto homicidii
 concurrens, quæ speciale nomen sortitur Latrocinii, quamquam de
 posteriori rapinæ specie mihi institutum nõ sit agere. *Jodoc. Dam-*
boud. Pr. Cr. Carpz. Pr. Cr. P. 2. q. 90. n. 4. Wesenb. & alii sed tri-
 plicem videtur statuere rapinam Damhoud. c. 101. (1) rapinam sim-
 plicem, quando quis publicè in civitatibus vel foro alterius bona mo-
 bilia vel moventia, sine vi vel cum vi, sine armis vel cum armis, rem-
 minimi, vel magni pretii aufert. (2) Alteram speciem dicit Latro-
 cinium simplex, non illud quod cum homicidio conjungitur sed
 quod nudam spoliandi vim continet, quando quis in viis occultis,
 locisque desertis suis spoliatur bonis. c. 102. de Latrocin. simpl & qui
 hanc rapinam exercent dicuntur Räuber / Freybeuter Taschen-
 Flapffer etc. *Carpz. Pr. C. d. l.* (3) Tertiam speciem rapinæ facit, quæ
 verum dicitur latrocinium, i. e. rapina cum cæde hominis vel vul-
 neratione insigni conjuncta, cujus rapinæ autores germanis dicun-
 tur Mörder Strassen-Räuber. *Carpz. d. l. n. 6.* quales in Italia sunt
 Banditi. *Anton: Mathai p. 126. pr. in verb. die de Strate sehent / offe*
je mandzilln Geld offt goed by force dreygement offt neemt. &c. (II.)
 Ratione rerum vel personarum quæ auferuntur, alia est rapina re-
 rum mobilium, alia immobilium quæ speciali nomine invasio di-
 citur. *D. Struv. Ex. 48. th. 48.* Alia moventium vel animalium vel
 hominum, cum qua si concurrat stuprum raptus dicitur, qui com-
 mittitur in virgine honesta. Ubi non incommode quaestio institui-
 tur, An rectè raptus in virgine commissus, ad raptum hominis refe-
 ratur, cum illa non sit homo? quod sequentibus probatur rationi-
 bus. (1) quod in *l. si quis 38. §. qui abortionis. 5. ff. de pæn.* expressè
 sibi invicem opponantur mulier & homo quam opinionem confir-
 mat Pontifex in *c. 5. de homic. volunt.* (2) quod mulier ad imagi-
 nem Dei non sit facta *XXXIII. q. 5. c. 13.* (3) *Aristoteles de generat.*
animar. mulieres inter monstra naturæ refert, (4) Mulierem Ca-
 nanæam Christus vocat canem, sunt ergo mulieris bestia. Verum
 respondetur ad (1) agi ibi in dicta lege de publici poculo, abortio-
 nis & amatorio, si hoc mulier, illò homo perierit, i. e. foetus in
 utero existens, de quo nondum constabat an mas sit an foemina (2)
 quod



quod Pontifex ibi agat de dominio viri & incongrue torqueat S. S. inò contrariatur ei. c. 9. v. 6. Gen. ubi expresse dicitur quod mulier ad imaginem Dei sit condita (3) Aristoteles hoc vult quod natura semper intendat perfectissimū, & sic quando profert mulierem tanquam minus perfectam, non ratione essentiae sed ratione qualitatū, deflectit à scopo. (4) Christus non solum mulieres vocat canes, sed etiam viros. Psal. 22. v. 13. Sed mitto *Καναρολογῆντας*, & absolute respondeo: qualis causa, talis effectus, si mulieres sunt canes, sequitur quod totum ejus genus sint canes, quod absurdum, & manet ita raptum hominis esse, si mulier honesta vi aufertur vel surripitur. (III.) Ratione Qualitatum Alia sit armis, alia sine armis, alia cum vi publica conjuncta alia cum privata. Alia rerum magni pretii, alia parvi. Alia in rebus propriis, alia in alienis committitur. Alia Civilis quae rapina simpliciter nominatur, alia Ecclesiastica, quae sacrilegium dicitur, idq; vicissim vel violentum est, quod cum effractione januarum sit, vel non violentum, quod adhibita fraude perpetratur. P. H. O. Carol. V. art. 174. Alia est justa quae sit in bello justo uti explicat Grot. L. III. c. 5. §. 1. de J. B. & P. inqviens non esse contra naturam, rapere bona ejus quem honestum est necare Cic. Offic. L. 3 & alia injusta quae nullā justā causā excusari potest, secundum quas circumstantias formatur poena.

§ V.

Affine autem esse Furtum Rapinae testatur *Wesemb. ff. b. r. n. 1.* Hinc *Schneid Inst. b. r. pr. n. 7.* Fures quatuor generis statuit, quidam enim sunt Improbi, qui clam & sine armis, nec non sine effractura furantur; quidam sunt improbiores, qui cum effractura furantur; quidam sunt improbissimi, qui in strata publica furantur sine interfectione & vocantur grassatores; quidam sunt plusquam improbissimi, qui in strata publica cum interfectione hominū furantur, vocanturque publici Latrones. Fur etiam secundum *Gellium L. II. c. 18.* est qui rem alienam attrectavit, cum id se invito domino facere judicare debet, quod rapienti itidem accommodari potest: Vicissim rapina non nisi dolo malo fit, is enim semper in esse praesumitur. *l. prator. 2. §. doli §. ff. b. r. Wesemb. d. l. n. 4.* Idem de furto asserendum per *l. inter 46. §. recte.*



§. ff. de furt. Coeterum furtum tamen non nisi calliditate adhibita
 perpetratur, rapina vero violentia. l. prator. 2. §. doli §. ff. t.
 quam obrem jocatur *Nicasius p. 315.* & dicit fures comparari vulpibus
 raptores vero lupis. Porro differentia peti potest à loco & tempo-
 re, quia furtum ferè non committitur in via publ. sed in ædibus
 privatis, & nocturno plerumq; tempore, unde etiam furtum à
 furvo quasi, vel quod clam & obscuro fiat, vel à fraude uti Sabinus in
 l. 1. ff. de furt. Rapere vero nihil aliud est, quam de manu eripere seu
 vi auferre. *Calvin. p. 787.* quod die fieri solet, & plerumqve
 in via publica. Discrepant deniqve inter se ratione rei vel objecti.
 Furtum non committitur in rebus immobilibus, sed in iis solum
 quæ occultari locoqve moveri queunt, nec non in homine libero,
 uti notat *Schneid. ad §. ita. 1. Inst. b. t. n. 1.* Alterum tamen delictum
 cum regulariter quidem in rebus mobilibus fiat, unde quoqve
 supra in definitione rapinæ, eam ad res mobiles restrinximus,
 attamen quandoqve immobilibus accommodatur, diciturqve
 invasio, *D. Struv. Ex. 48. th. 48. Theodor. jud. cr. pr. c. 2. §. 10. n. 1.*
Borhold. Inst. pr. b. t. n. 3. Porro distant inter se Actione qua-
 tuor modis, quos recenset *Ludw. ad pr. Inst. b. t. n. 3.* (1) quod præ-
 sens ex Prætoris Edicto descendat. *pr. Inst. b. t. l. prator. 2. ff. b. t.*
 actio furti manifesti quidem prætorica sit *pr. Inst. de perpet. & tem.*
act. nec manifesti vero civilis §. sunt. 4. Inst. de nox. act. (2) Hæc est
 annua *pr. Inst. b. t. l. si res 2. & l. de his. 4. C. h. t.* furti vero actio
 perpetua *pr. Inst. de perpet. & temp. act.* (3) Hæc pœnalis mixta est
pr. Inst. b. t. Illa vero merè pœnalis *§. fin. Inst. de obl. quæ ex del.*
 (4) Hæc indistinctè in quadruplum in raptorem, sive deprehendatur
 sive non conceditur. Illa vero non *§. pœna. 5. Inst. d. l. D. Struv. Exer.*
48. th. 49. Peck. ad l. quo naufragium 3. §. qui 6. ff. de incend. ruina.
 quomodo vero hæc assertio fallat vid. *Schneid. pr. Inst. b. t.* Potest
 etiam quis rerum raptarum nomine agere furti nec manifesti, ne-
 que altera actio alterâ consumit, nisi quatenus amplius est in actio-
 ne vi bonorum raptorum *l. 1. ff. b. t.* imò & manifesti agi posse volunt
Dd. Wesenb. ff. b. t. n. 7. vid. tamen Anton. Mathai. Tr. de Crimin. ad
l. 47 ff. tit. 2. c. 2. n. 2 Tum vero furti pœna secundum jus Civile
 non una est, sed modo dupli, Rapinæ vero pœna semper una est
 nempe

nempe quadrupli, siue apprehendatur raptor in ipso delicto siue non
D. Struv. d. l. Borchold. Inst. b. t. n. 10. quod tamen fallit si quis Christi-
 stianus Judæo vel pagano vim intulit, quo in casu solum tenetur ad
 duplum ejus quod rapuit restituere. *l. Christianis. 6. C. de pagan.*
 Furti tandem Poena jure moderno est ultimum supplicium si scilicet
 excedat valorem quinque solidorum *Tit. de par. tene. 2. F. 27. c. ult.*
 aliter jure Justiniano ubi cavetur ne ultimo supplicio coerceatur.
Nov. 134. c. fin. §. pro furto. Carpz. Pr. Cr. P. 2. q. 77. n. 7. rapinæ
 vero poena capitis constituta *l. capitalium 28. §. grassatores. 10. ff. de*
pæn. Leon. Nov. 70. & quidem ob rem minimam, quod in ea non
 quantitas sed qualitas, item securitas viarum attendatur. *Carpz. Pr.*
Cr. P. 2. q. 90. n. 43. P. 4. C. 35. d. 4. n. 1. Const. Cr. Carol. V. art.
126.

§. VI.

Possit hic quæri an is pro raptore sit habendus, qui altero ab-
 sente domum ejus intrat, resq; vi aufert, cum ad rapinam non solum
 vis, sed etiam præsentia alterius requiri videatur, an non potius fur-
 tum sit nominandum, cum hoc delictum non solum clanculum fiat,
 sed etiam nulla vis quæ rapinæ formam tribuit, in eo adhibeatur?
 Verum respondetur quod omnino rapina sit nominanda. *Mascard*
deprobat: Tom 8. concl: 1409. n. 19. & talis v. c. intelligatur casus, quo
 quis homines collegerit armaq; quæ tali in casu semper vim indi-
 cant induerit, ac ita absente altero domum effringit atq; invadit
 quod & probatur à *D. Struv. Ex 48. th. 48.* invasione nimirum pos-
 se rapinam committi; præsumitur enim rapere voluisse non furari,
 etiamsi in domo aliquem in venisset *l. prator. 2. §. damni. 9. ff. b. t.*
 imò solam effracturam constituere rapinam, vocanturq; effractores
 quos Juvenalis inter incommoda urbis recenset. *Satir: III. Plinius*
Lib. 19. Anton. Mathæi. c. 1. n. 1. ff. b. t. quia voluntas & propositum
 maleficia distinguunt *l. 1. ff. de furt: Aristol. 5. Ethic* imprimis enim
 in delictorum vindicatione ratio animi est habenda: nam qui ani-
 mum rapiendi habet, domumq; alterius effringit, pro certo raptore
 est habendus. quia animus ut dictum maleficia minuit aut adau-
 get. Est autem animus, uti à viro doctissimo summoq; *Jcto Calvino*
p. 68. describitur affectus, voluntas & propositum hominis, & qui



rapiendi animo domum intrat nullum est dubium quin pro raptore
 sit conveniendus, quod videre est in puncto homicidii ubi non exitus
 & eventus ponderatur, sed quo animo sit perpetratum. *Carpz. Pr. Cr. p. 1. q. n. 17. l. divus. 14. ff. ad leg. Corn. de sic. ar. cujus verba hęc sunt.* Divus Adrianus in hęc verba rescripsit, in maleficiis voluntas spectatur non exitus *Luc. de Penna glos. in l. quoties n. 6. C. de exact. tribut. Lib. 10. Triaqvell. de pæn. temp. cau. 51. n. 7. 9.* unde scelera cogitata & nondum perfecta quoque vindicantur: *Senec. L. V. c. 14. de benef.* Sic & is qui animum interficiendi se ipsum habuit licet nec dum peregerit, capite plectendus est. *l. si quis. 38. §. miles 12. ff. de pæn.* Ubi quis objicere posset *l. cogitationis 18. ff. de pæn.* quod nemo cogitationis pœnam patiatur. Cui objectioni ut occurramus, placet gradus maleficii ex Prælectionibus publicis Excellent. Domini Præsidis Patroni ac Præceptoris mei æstumatissimi *ad L. quisquis §. pr. C. ad L. Jul. majest.* distinguere: quæ distinctio, nuper in disputatione publicâ sed nō satis correctè adducta fuit: Verba genuina sic se habent. PRIMUS (GRADUS) est cogitatio incidens: SECUNDUS assensus, quem homo præbet: TERTIUS ad crimen perpetrandum præparatio: QUARTUS conatus sive attentatum: QUINTUS executio & perpetratio criminis; ad quam SEXTO loco accedat considerandus eventus sive effectus, quem intendebat delinquens, sequutus. Ex his PRIMUS GRADUS, incidens nempe cogitatio de perpetrando maleficio pro naturæ humanæ conditione, quæ nunc est, pœnam non meretur; cum illa cogitatio vel à depravatione naturæ humanæ vel à diabolo sit, nec vitari possit; deque eo verissima est regula illa, cogitationis pœnam neminem pati, *quam ex l. 18. ff. de pæn. adduximus.* Exaudiunt tamen eam etiam de SECUNDO GRADU, & assensu pravæ cogitationi præbito, ut videre est apud *Mænoch. de arbitrar. de jud. quest. cau. 360. n. 5.* in tantum ut nec in crimine majestatis (quod tamen omnium consensu primum exemplum cogitationis puniendæ est) ille puniatur. Hinc glossa ad verba. *Eadem enim severitate voluntatem Sceleris, quæ effectum puniri jura voluerunt. L. quisquis §. C. Ad L. Jul. majest.* Hic ad actum devenit, scilicet ad sacramentum dandum vel recipiendū. *Adde Jul. Clar. L. 5. Sentent. §. fin. q. 91.* quamvis ille assensus moralē pravitatē

vitatē involvat, itemq; vitari possit ac debeat. Cujus rei nō illa ratio
 est, quod iste assensus sit occultus: sequeretur enim si innotesceret,
 puniendum eum esse, ut recte *Menoch alleg. loc.* sed quia leges huma-
 nā finem suū, tranquillitatem Reipublicæ externā intuentes, talia
 quæ nec lædunt aliquē, nec scandalum præbent, transmittunt, satis
 habentes, quo dagant, ut rigorem suū adversus scelera, quæ in ner-
 vum erupere exercent. Quantum ad sequentes gradus attinet, cum
 in illis voluntas ad exteriores actus progrediatur, merito in foro
 exteriori puniuntur, nisi forte leve sit crimen, in quo conatum non
 esse considerabilem, dicunt allegati à *Menoch d. c. 360. n. 88.* Ha-
 ctenus verba Excellent. Domini Præsidis. Placet hinc obiter illam
 etiam quæstionem tangere, num in *d. l. quisquis 5. §. id quod 6. C.*
ad l. Jul. Majest. vocabulo CONSCIORUM, illi intelligantur, qui
 factum solum sciunt nec revelant, an verò qui sciunt & adjuvant;
 in qua laudatæ disputationis Autor, Excell. Dn. Præsidem,
 Baldum & recentiores, qui de adjuvis interpretantur, secutum de-
 seruit, ratus contrariam sententiam (quæ Bartoli & antiquiorum
 est) legis menti & verbis magis convenire. Nos contra ea senten-
 tiam Baldi verbis & menti legis unicè convenire etiamnum statui-
 mus: idque sic probamus. Vocabulum CONSCIOUS in jure nostro
 pro eo, qui non tantum scit, sed etiam adjuvat, sumi ex collatione.
l. frater ejus. 2. §. l. utrum qui 6. ff. ad L. Pompejam de Parric. ad
 oculum patet. Plures leges, pluraque Autorum loca, in quibus voca-
 bulum CONSCIOUS pro consocio ponitur, qui cupit adeat
*Alberic. Gentil. disp. 3. de Crim. las. maj. Jacob. Godofred. com-
 ment. ad L. quisquis 3. Lib. 9 C. Theod. tit. Ad L. Corn. de Sicari. 14.
 n. 7.* Evictio itaque, acceptionem vocabuli CONSCIOUS pro adju-
 va à jure nostro alienam non esse, porro de mente legis ex regulis
 hermeneuticis sic argumentamur: Quæcunq; interpretatio, cum
 primis in pœnalibus, ut hîc, benignior est, illa est amplectenda. At-
 qui interpretatio Baldi, &c. E. Quod argumentum invictum puta-
 mus. Taceo aliam alterius Excellent. in hac Academia Ante-
 cessoris conjecturam, qui vocabulum CONSCIOUS pro adjecto
 vocabuli *satellitibus* habet, cum verba ista in melioribus
 editionibus sine inciso legantur. Juvant hanc conjecturam Basili-

ea, quæ satellites conscios ac ministros uno *συνισθῆναι* vocabulo hic vertunt, & conjuratoribus, scilicet principalibus, opponunt. *Lib. 60. tit. 6. leg. 18. §. 6.* Hæc erudito Disputationis auctori reponere visum fuit. Sed ut è diverticulo redeamus in viam, animum in delictis adspiciendum esse nemo negabit, quod & ipsâ rapinâ demonstrari potest, si quis nimirum errore ductus rem suam esse existimat, licet per vim rapiat, à pœna ordinaria absolvitur, quia animum rapinam faciendi, seu rem alienam rapiendi non habuit: deficiente enim dolo arbitraria locum invenit pœna, quod & justum visum fuit Justiniano *§. 1. Inst. h. t. Reusner. ad h. §.* cum alias pœna, quæ in raptos constituta est locum haberet: Nihilominus mulctatur talis raptor privatione dominii, & res fisco addicuntur, quod sibi ipsi jus dicere voluerit contra *l. nullus 14. C. de jud. & cœl.* Claretiam patet in delicto homicidii, ubi si animus non concurrat, dubium non est quin absolvi possit, sine animo enim nemo in legis Corneliæ pœnam incurrit. *l. 1. §. divus 3. ff. ad L. Corn. de sicar.* cujus verba: eum qui hominem occidit si non occidendi animo hoc admisit absolvi posse: & qui hominem non occidit, sed vulneravit ut occidat, pro homicida damnandum: quæ etiam distinctio à Deo ipso observatur, scilicet si quis non occidendi animo alterum interfecerit, quod ille exemptus sit ab ordinaria pœna. *c. 19. v. 45. Deutron.* ibi: qui percusserit proximum suum nesciens &c. hic ad urbem confugiet & vivet. Ubi tamen animum occidendi, animum lædendi interpretantur, eamq; interpretationem Dicasteria sequuntur. Eadem distinctio arridet *Carolo V. Constit. Cr. art. 137.* *Dasz der Gewohnheit nach ein ieder fürsehllicher muthwilliger Mörder. 2c.* ubi distinguit Imperator, inter homicidium culposum, casuale, voluntarium seu dolosum, & proditorium. *Daneus L. 2. Eth. Chrisost: c. 13. Matth. Stephan. ad h. art. Landr. Lib. 2. art. 13.* *Etliche ermorden die Leuthe mit wohlbedachten Muth/diese sind rechte Mörder. 2c. Carpz. P. 4. C. 35. d. 7. n. 9.* inquit ad mortis supplicium in crimine rapinæ haud esse deveniendum, priusquam de animo & hostilitate constet, tum ex relatione spoliati, tum ex confessione deprædatorum.

§. VII.

Non verò solum animus aut violenta effractio constituit rapinam, sed & minæ, v. c. licet quis non vi rapit, attamen nullo modo alterum

alterum compellit ut res suas (ad vitam suam servandam) sibi tradat. Et quantum quidem materiam minarum in genere concernit distinguunt Dd. inter metum gravem absolute, vel ratione habita personæ metuentium: & Levem illatū justè & injustè: Ab eo cui promittitur vel ab alio: item inter actus liberales & onerosos: & pro his diversitatibus alii actus dicuntur irriti alii ad arbitrium promittentis revocabiles, alii integrum restituendi *Grot. de J. B. & P. L. II. c. II. §. 7.* Et si quis metu gravi quid promittit non tenetur promissa præstare nec obligatur, imo si quid tradit (metu compulsus) eum non amittere dominium ex principiis Philosophicis defendi posse videtur, quia semper adest consensus conditionalis, uti nos docet *Aristot. L. III. ad Nicomach.* Eodem modo se res habet cum eo qui metu naufragii res suas jactat: ille enim intendit rem suam sub conditione servare, quia eo animo non ejicit ut eas amplius habere nolit, sed ut mortis periculum effugiat: hinc ubi ubi sunt, manet ipsorum dominus, potestque is qui eas lucri faciendo animo aufert, actione furti conveniri *l. qua ratione 9. §. alia 8. ff. de A. R. D. §. alia 48. 7. eod. l. si quis 7. ff. pro socio T. T. ff. ad L. Rhod. de jactu.* Dicitur autem actio quod metus causa, ubi inter metum distinguunt Dd. quod alius sit Metus facti, si imminet periculum salutis, mortis, vel cruciatus corporis, ut sunt verbera, carceres, armata manus, &c. proprieque dicitur metus cadens in constantem virum. Alius Metus minarum, qui non est tantus ut hæc actio propter eum competat, nisi tribus concurrentibus (a) quod persona quæ minatur possit minas ad effectum perducere (β) quod consueverit tales minas ad effectum perducere: multi enim sunt qui minantur & parum faciunt. (γ) quod minæ sint atrocioris facti. His tribus requisitis metus minarum hanc actionem producit. *Schneid. ad §. quadrupli 25. Inst. de Act. n. 40. 41.* locumque invenit edictum Prætoris, si forte mortis aut verberum terrore pecuniam alicui extorserit. *l. continet. 3. in fin. ff. quod met. cau. & tenetur rem restituere in quadruplum l. si cum 14 §. quadruplatur 7. & §. julianus 14. ff. eod.* Si verò ante sententiam res restituuntur tunc reus absolvitur nec habet solvere quadruplum *Nicas. p. 407. n. 2.* intelligitur autem de secunda sententia, nam in

C

ista

ista duæ sunt sententiæ, quarum una est de restituendo, & alia de solvendo quadruplum *l. scum 14. §. hac autem 4. ff. d. l.* & prima sententia dicitur iussus iudicii, secunda executiva. Simile notatur per *Innocens. in c. soepe. 44. X. de Appell.* ubi declarat differentiam inter sententiam, quæ datur pro expensis & inter sententiam, quæ datur de principali causa. Singulare vero in hac actione notandum, quod non tantum adversus eum datur, qui ab initio metum intulit, sed & adversus omnes, qui rem per vim aut metum nobis ablatam aut extorsam possident, postquam scientes rem nobis vi ablatam, vel metu, restituere recusatunt. *l. metum 9. §. cum 8. ff. d. l.* Producent verò minæ non solum hanc actionem, sed etiam indicium torture faciunt quod probatur per *Const. Cr. Carol. V. art. 32. in verb. so er solches zu thun gedrohet / ic. und ist peynlich darauff zu klagen.* Requiritur tamen secundum *Carpz. Pr. Cr. B. 8. q. 131. n. 52.* Tria (1) ut certum aliquod delictum minatus sit (2) ut minæ factæ sint ab aliquo, qui eas exequi solet *art. 32. es wäre eine solche Person der man die That zutraue. Matth. Stephan. ad b. art. (3)* Si maleficium minatum mox sit secutum. *d. l. art. und die That bald darauff gefolget.* Tandem minæ etiam ad rapinam pertinent, si forte quis Viatorem ut argentum sibi tradat minis & graviori metu incesso compellit, cum idem effectus sit pecuniæ scilicet extorsio, licet non manu, tamen minis perpetrata. vid. *Carpz. Cr. P. 2. q. 90. n. 66. seqq.* Cognita sic definitione, divisione & differentia, porro solliciti erimus de Edicto Prætoris ejus delicti gratia promulgato.

CAP. II.

DE

EDICTO PRÆTORIS

ad L. 2. ff. vi bon. rapt.

Edicta si significationem rei spectemus, ab edicendo exorte esse testatur Calvin. p. 315. b. & ideo tradita ut scirent cives Romani quod jus, de qua re quisque Magistratus dicturus esset. *l. necessarium 2. §. eodem 10. ff. de Orig. jur. Coccej. ad b. l. p.*

l. p. 106. Dividuntur autem in tres classes, nam Alia sunt edicta Prin-
cipum, quibus omnes populi ac provinciarum tenentur. *l. leges 3. C. de
LL.* Alia Proconsulum & dicebantur Provincialia, quia Procon-
suli in provincia edicta proponebat. *Godofr. ad l. quod 19 ff. quod
met. cau.* Alia Praetorum seu Honoraria quae ab iis qui in aliquo
honore positi essent proponebantur. Sunt autem edictorum mul-
tae & variae species quas ordine recenset *Calv. d. l.* inter quas non
infimum tenet locum edictum Praetoris de vi & metu, nam non
solum lege humana, sed & Divina cautum atque provisum est, ut
nemini vis inferatur, & quilibet res suas factas atque tectas habeat,
quamobrem *Baldus in rubr. de Contr. Investit. in usib. Feid. n. 8.* per-
suasum sibi habet, hujus edicti verba in os Praetoris à Spiritu S. im-
missa esse, referente *Atburo Ducio de aut. Jur. Civ. Rom. L. l. c. 1. §.
18. p. 20.* Edicto quod metus causa succenturiatur aliud, quod vi bo-
norum raptorum appellatur, cujus verba, quae speciatim explica-
re animus est, haec sunt.

§. II.

SI CUI DOLO MALO HOMINIBUS COACTIS
DAMNI QUID EACTUM ESSE DICETUR, SIVE
CUJUS BONA RAPTA ESSE DICENTUR, IN EUM
QVI ID FECISSE DICETUR JUDICIUM DABO. ITEM
SI SERVUS FECISSE DICETUR IN DOMINUM
JUDICIUM NOXALE DABO *l. 2. ff. de vi bon. rapt.*

SI CUII.) Haec verba non solum dominum qui plenum in
ista re habet dominium includunt, sed illos omnes ex quorum
bonis res raptae esse dicantur, veluti Fructuarium, Commodata-
rium, Bonae fidei possessorem, conductorem &c. possunt agere vi
bonorum raptorum. *l. 2. §. in hac 22. ff. b. t. modo actoris interfit,*
non rapti. Datur autem haec actio contra illum qui violenta manu
res abstulit vel corruptas reliquit. *l. praetor. 4. §. amissa 10. ff. b. t. l.
Marcellus 9. ff. de V S. illi cuius inter est rem non esse vi raptam seu
vi corruptam Wesenb. ad h. t. ff. n. 3.* Sed quicquid de eo sit omnem
qui dolum malum adhibuit, hac actione pulsari posse neminem fu-
giet, quod probatur ex. *l. praetor. 2. §. hac actione 18. ff. b. t. &
si non sit dominus qui res rapit, mulctatur restitutione simpli &*

pœna tripli *Stur. Ex. 48. th. 46.* Si autem est dominus amittit dominium, quod si verò in vadat dominus itidem dominium amittit, extraneus æstimationem ejus restituere compellitur. *Mænoch. in jud. possess. recup. l. si quis 7. C. unde vi.* quæ tamen constitutio solum procedit in vi expulsiva & ablativa, non in aliis generibus violentiarum, docente *Schneid. ad s. ita. 1. Inst. h. r. n. 7.* & hæc verba (si cui) uti supra dictum non solum dominum, sed quemcunque bonæ fidei possessorem denotare, manifestum est. *l. prætor. 2. §. in hac 21. ff. h. t. §. seqq.*

§ III.

DOLO MALO] Mentio fit in hoc edicto doli, ubi non bonum sed malus intelligendus. Dividitur enim dolus in Bonum, [ut venenum in bonum & malum. *l. 26. ff. de V. S. Cyphanius. p. 7.*] qui veteribus eo loco erat ubi solertia, maximè autem si adversus hostes latronemve quis machinetur. *l. 1. §. non 3. ff. de Dolo malo & Malum* qui est Machinatio quædam, alterius decipiendi causa, cum aliud simulatur, aliud agitur *d. l. §. dolum 2. ff. ibid.* denotatq; omnem calliditatem, fallaciam, machinationem, ad circumveniendum, fallendum, decipiendum adhibitam. Cujus species sunt Calumnia, Prævaricatio, Tergiversatio, Cavillatio. *Calv p. 300.* Efficit autem dolus malus (1) quod omnis ob hunc dolum damnatus fiat infamis. *l. 1. ff. qui nos. infam.* (2) quod contractus bonæ fidei per dolum præcedentem ipso jure vitietur, quia dolus nemini patrocinari debet *l. nec ex 12. ff. de dolo malo. Farinac. Pr. Cr. P. 1. q. 31 n. 155.* (3) ut quodcunque privilegium cesset. *l. §. primò 2. §. sed ita. 3. ff. ad SCrum Vellej* quamobrem *Cic. l. 1. offic.* inquit, nullum mali genus esse, quod majorem humanæ societati pestem inferat quam dolus malus, de quo etiam dolo verba facit Prætor in edicto de dolo malo: cujus verba sunt: quæ dolo malo facta esse dicentur: Si de his rebus, alia actio non erit, & justa causa esse videbitur, judicium dabo. *l. 1. ff. de dolo.* Porro rapinæ dolum inesse, exinde facile constare poterit, quod rapina sine vi contingere nequeat, vis autem dolum semper includat. *l. prætor. 2. doli. 8. ff. vi bon. rapt. l. item. 14. §. eum. 13. ff. quod met. cau* istaq; vis sit de genere illicitorum, quæ semper præsumuntur dolo malo fieri, nisi error, aut alia justa causa violentiæ probetur, qui dolus malus tamen, quem in delictis spectamus ad fraudem non semper

per

per pertinet. Cæterum datur hæc actio ex nostro edicto, heredibus
 ejus cujus interest, rem non esse raptam, seu vi corruptam. *l. prætor 2. §. hæc actio 17. ff. vi bon rapt.* contra heredes raptoris verò, in tantum,
 quantum ad eos pervenerit, intra annum in quadruplum post an-
 num in simplum. *pr. Inst. vi. bon. rapt.* rectæ enim rationi videtur es-
 se consentaneum, ut nemo alterius damno fiat locuples. *l. jure. 206 ff. de D. R. I. l. locupletari 48. de Reg. jur. in 6to. l. divus pius. 16. ff. de serv. præd. rustic.*

§. IV.

HOMINIBUS COACTIS) Videlicet ad hoc ut damnum da-
 retur: *l. 2. ff. homines. 4. ff. vi. bon. rapt.* Olim coactores illi erant, quæ
 modico pretio mala nomina comparabant (die die verlohne Schul-
 den an sich brachten) de quibus latius differit *Alciatus in Parerg. L. 1. c. 14.* nec non quasi quæstores dicebantur, quod in auctionibus, ab iis
 quibus singulæ res in auctione attributæ erant, pretium exigent, s.
 pecunias quasi colligerent. *l. Stichus. 40 §. item ff. de statulib.* De qui-
 bus vero quæstio non est, sed de iis & de ista coactione loquimur,
 cui resisti nequit; quæ dividitur in absolutam, ubi quis vi trahitur,
 compelliturve, ut quid faciat, nec resistere in viribus habeat, & Con-
 ditionalem, quæ metum cruciatus vel aliquid grave minatur. *c. 5. 6. x. de his quæ vi & c.* Non quidem necesse est, ut plures sint coacti ad
 damnum faciendum, sed sufficit unum esse coactum, aut solum
 quem damnum dedisse. *l. 2. §. sed & 6. seqq. ff. h. t.* nec non etiam si a-
 nimum non habuerit homines cogendi, si tamen clamore illos exci-
 taverit, hoc edicto pulsari potest *l. prætor 2. §. si quis 6. ff. eod.* parumquæ
 refert an servus vel liber homo fuerit, qui tali modo homines coæ-
 git. *l. 2. §. neg. 5. ff. d. l. quin imò an ipse coegerit, an inter coactos fue-
 rit ad damnum dandum, vel faciendum l. 2. §. si quis 12. ff. eod.* tamen
 hac actione, in qua intra annum utilem verum pretium quadrupla-
 tur, non vero etiam quod interest: *d. l. §. in hac 13 ff. b. t.* pulsari pot-
 est, sed tamen requiritur, ut ex coactis ab aliquo damnum da-
 tum sit.

§. V.

DAMNI QUID FACTUM ESSE DICETUR.) Non enim h. l.
 intelligendum est, Prætores de damno isto sermonem fecisse, quo

universalia bona vi ablata fuerunt, sed sufficit unam vel minimam rem ex bonis alicujus raptam esse *l. 2. §. vel cuius 11. ff. h. r. & dicitur bona eius esse vi ablata, nec non damnum datum esse: non enim quantitas, sed qualitas, ut & pax violata in rapina attenditur. Carpz. P. 4. C. 34. d. 4.* Non solum autem, damnum à nobis ipsis solummodo datur, sed & à servis, item animalibus nostris, nec non rebus inanimatis. Si à nobis datur, pertinet damnum ad Legem Aquilianam, quod verò à servis vel animalibus nostris, ad noxale iudiciū, & actionem de pauperie quadrupedis: quod verò à rebus inanimatis datur, non venit in aliquod iudiciū, nisi earum vitio damnum datum sit, veluti vitiosarum ædium ruina: Si enim damni infecti nomine prius cautum fuerit, in solidum id præstabitur. Sumitur autem dupliciter (1) Pro quacumque ademptione quæ patrimonium deminuit *l. damnum 8. ff. de dam. infe.* (2) Pro corruptione vel deterioratione. *l. qui occidit 30. §. in hac. 3. ff. ad L. Aquil.* Daturque actio legis Aquiliæ contra illum qui damnum dedit, quæ vel est directa vel utilis. Non tamen semper requiritur, ut ille qui damnum dat sit causa physica, sed sufficit causam moralem præbere, parum enim refert utrum quis ipse damnum det, an occasionem damni præbeat. *d. l. ff. l. 2. §. neq; 5. ff. vi bon. rapt; l. nihil. 15. ff. ad l. Corn. de Sicar; Carpz. P. 1. C. 32. d. 2. n. 3.* cum occasio inter causas efficientes connumeretur *l. ita; 51. ff. ad L. Aquil; l. qua actione 7. §. Celsus. 6. l. si quis 49. ff. ibid.* Verum hæc ad damnum quod §. in hac. 3. lege Aquilia vindicatur, ferè pertinent, Nostrum verò Edictum solum de damno, quod violentiâ adhibitâ datum est, loquitur.

§. VI.

SIVE CUJUS BONA RAPTA ESSE DICENTUR.) Bonorum appellatis, aut Naturalis aut Civilis est. Naturaliter bona ex eo dicuntur quod beent, i. e. beatos faciunt; beare verò est prodesse; quamobrem beati nominantur divites, patet hoc ex *Seneca 3. Contror.* qui dicit insolens malum est beata uxor. Civiliter autem in bonis nostris esse censentur ea, quæ in dominio nostro vel quasi sunt *l. bonorum 49. l. subsignatum 39. §. bona. 1. l. bonorum 208. ff. d. V. S.* Olim in bonis habere dicebantur qui pleno jure, i. e. ex jure Quiritum domini facti non erant, quibus neque mancipata res, neque

in iure cessa, nec statuto ad usucapionem ab his possessa erat, In bonis autem esse dicebantur, qui in possessionem eorum missi erant. *Calv. p. 122.* quibus si postea res auferatur, vel corrumpatur, sive mobilis, sive immobilis esset rapta esse dicebatur. Quamvis nonnulli persuasum sibi habeant, rapinam non nisi in rebus mobilibus commoti posse, quod & verum esse, si strictam nimirum vocabuli rapinae significationem consideramus, non ambigimus. Verum si in latiori sensu id vocabulum sumimus, nemini ignotum erit, rapinam non tantum in rebus mobilibus, sed etiam immobilibus per invasionem violentam committi posse, ut testatur *Stuv Ex. 48. th. 48. Borhold pr. Inst. h. t. n. 3* quo nomine vel interdictum competit, vel condictio triticaria *l. sed § 2. ff. de cond. trit.* vel iudicium publicum legis Juliae *l. si quis 5. ff. ad L. Jul. de vi. privat. § l. in eadem 6. ff. ad L. Jul. de vi. publ.* Non etiam necesse &, ut omnia bona rapta sint, sed sufficit minimam rem saltim esse vi ablatam, vel corruptam *l. prator 2. §. amissa. 16. ff. vi bon. rept. l. Marceus 9. ff. de V. S.* Imo non solum rapinae objectum sunt res Civiles, sed etiam res Ecclesiasticae, Consecratae, & minus consecratae *Const. Cri. Carol: V. art. 171. 172.* de quibus latius supra de Objecto Rapinae: ut & homines quod delictum in specie dicitur raptus. *Exhold: ff. ad h. t. §. 2.*

§. VII.

IN EUM QUI IDEFCISSE DICETUR) Loquitur hic Praetor de eo, qui rapinam commisit, quae commissa dicitur, non tantum ab eo, qui actu ipso concurrat seu delictum perpetravit, sed & ab illo, qui moraliter ad ipsum facinus accedit. i. e. alteri res laudat, commendat, nec non consilium praestat: qui enim consilium malum dat ex inde obligatur ac si ipse fecisset, secundum tritum illud proverbium, malum consilium, consulto pessimum: *Schneid: ad §. Tu 6. Inst. de Mand: l. Consilii 47 ff. de D. R. J. Carpz. P. 1. C. 11. d. 60. n. 3. c. 62. X. de Reg. jur: in 6to. quae etiam a Grotio L. II. c. 17. §. 7. t. 21. §. 1. n. 2. de J. B. & P.* confirmatur dum inquit: qui factum vitiosum jubent, qui consensum requisitum adhibent, qui adjuvant, qui receptum praestant, aliove modo in ipso crimine participant, qui consilium dant, laudant, assentantur, hi omnes puniri possunt,
 quia

quia parvum vel minimum inter svasorem, & perpetorem, videtur inter cedere discrimen, & sic potest quis sola svasione correus fieri *l. quod. 8. l. si quis. 9. §. si autem. 1. l. si legatarius. 23. l. cum. 31. ff. de dol: mal: Theod: c. 1. §. 27. n. 2.* Quod observatur cum in Civilibus, tum in Criminalibus, puta homicidio *Carpz Pr. Cr. P. 1. q. 90. n. 28. l. nihil. 5. ff. ad L. Corn: de sicar.* Potest & ipse dominus rei conveniri, si errore ductus rem suam esse, quæ tamen non est, alteri vi rapit. Verum si ex ignorantia, vel errore rapina facta est, quia dolus abest, propriè rapina non committitur, nec actio vi bonorum raptorum competit. Abest autem dolus, quia quis aliquo errore ductus, rem putat esse suam, & imprudens ea animo rapit, quasi domino liceat, etiam per vim rem suam à possessore auferre. Ex quibus prædictis patet imprudentiã vel ignorantia juris à delicto quandoq; excusare, quæ tamen non præsumitur sed probanda est. *Anton. Gabriel: Rom: L. 6. concl: 7. tit. de D. R. 7.* Si autem res non est raptoris sed aliena, tenetur raptor rem restituere & præterea æstimationem ipsius præstare *l. si quis. 7. C. unde vi* Si vero raptoris, rei suæ dominio cadit, h. e. proprietatem amittit *§. ita. 1. Inst. b. 1.*

§. VIII.

JUDICIUM DABO.] Judicium dici putat Macrus Varro quasi jus dicendi, h. e. potestatem audiendæ causæ, & sententiam justam proferendã, quàm deniq; & exequi potest, & quod suum est cuiq; addicere. Est autem si specialiter consideramus (ad quod tres personæ Judex, Actor, & Reus requiruntur) actus legitimus, quo mediante judex de causa proposita cognoscit, & secundum æquitatem pronunciat. Veteribus quidem non solum Judicium denotabat potestatem jus dicendi, verum etiam. (1) Inquisitionem (2) Actionem (3) Controversiam (4) Autoritatem (5) Forum (6) Arbitrium (7) Ultimam voluntatem (8) quæstionem (9) Discretionem (10) Sententiam (11) instantiam (12) Discussionem (13) Perniciem (14) Pœnam (15) Processum judiciale: de quibus latius. *Calvin: p. 482.* Dividitur autem (1) judicium in publicum, in quo quivis è populo actoris, vel accusatoris partibus fungi potest. *§. publica. 1. Inst. de publ. judic* qualia sunt Lex julia Majestatis, Lex Julia de Adulteris, Lex Pompeja de Parricidis, Lex Cornelia de Falsis. &c: Et Privatum

eum in quo ii solū actoris partib9 funguntur, ad quos res, vel inju-
 ria pertinet. (2) Judicium vel in personam, vel in rem, vel in posses-
 sionem rei datur (3) Criminale, & Civile, in quo Civili vel forensi
 actione agunt illi potissimum, ad quos illa res pertinet Crimina-
 le, in quo alicujus facinoris reum accusamus, ut publice in eum
 animadvertatur, & exemplo edito, deterreantur quandoque simi-
 lia ausuri §. *in summa 10. Inst. de injur. D. Struv. de Judic. c. 1. §. 3. 6.*
 Ad civile pertinet Rapina, Furtum, Damnum & Injuria. Hinc
 dicit Prætor judicium dabo, si tale delictum commissum fuerit,
 nempe rapina. Dare autem judicium, est agendi potestatem fa-
 cere, & in eam rem judices dare. *l. in heredem 26. ff. de dolo. l. ait 1.*
ff. nau. caupon. l. prator. 4. vi bon. rapt. Borchold. ad Inst. p. 612. n. 6.
 ut quis possit agere, videlicet vi bonorum raptorum, intra annum
 utilem, qui continet 365. dies in quadruplum in quo rei persecutio
 in est. *l. 2. §. in hac. 13. ff. ibid. pr. Inst. d. l. §. vi autem 19. Inst. de Act.*
 Rei scil. quæ per vim ablata est, ita ut triplum tantum pœna sit
Schneid. ad h. §. Inst. n. 1. post annum verò in simplum. D. Struv.
Ex. 48. tb. 49. Wesenb. ff. b. t. n. 5.

§ IX.

ITEM, SI SERVUS FECISSE DICETUR, IN DOMINUM,
 NOXALE JUDICIUM DABO.] Prætor hoc in Edicto, judiciū in
 dominum constituit, si delictū à servo fuerit commissum, quia servo
 jure Civili habetur pro mortuo. *l. liberos 3. §. emancipato. 1. ff. de capit.*
dem. l. quod attin. 32. ff. d. D. R. 7. cujus rationē reddit Arist. L. 3. Polit. c. 6
 quia nequeunt participes fieri vitæ beatæ, aut vivere ut volunt, hinc
 quia juris Civilis capax non esse censentur. *l. servitutem 209. ff. d. l.*
 actio non in servum, sed in dominum datur. Introdūcta autem ser-
 vitus jure gentium, quo quis contra naturam, i. e. primam naturæ
 intentionem, alterius potestati subicitur. §. *servitus 2. Inst. de jur.*
perf. & dicti sunt servi à servando nimirum. §. servi. 3. Inst. d. l.
 unde *Horat. L. 1. Epist. 16. inquit.*

Vendere cum possis captivum, occidere noli

Serviet utiliter, sine, pascat, durus aretque.

Non solū enim nascebantur servi, sed etiam fiebant per captivitatem
 in bello, quos sese dedentes P. R. mus. servari permittebas, attamen

D

ne

ne isti in gratiam quasi ex hostibus recepti, haberent de quo in posterum cogitarent, omnia ea quæ erant juris Civilis Romani, iis denegata sunt, cum ignotum non esset, servos esse materiam seditiosorum hominum in evertenda republ. *Arniseus L. 1. c. 4. Polit.* hinc factum ut jure Civili pro mortuis habeantur. *D. Petr. Müller: ad reg. jur. 32. ff.* quamobrem non iudicium in servum, sed in dominum datur. Quemadmodum enim habitator suorum culpam præstat. *l. 1. pr. ff. de his qui effud.* ita dominus si servus deliquerit, ejus nomine conveniri debet, quia servus pro nullo habetur, nec legitimam in iudicio standi habet personam. *l. servus 6. C. de jud.* nam non solum ex contractibus, verum etiam ex delictis servorum dominus tenetur. *l. omnem 20. ff. de judic.* quod & rectæ rationi videtur esse consentaneum, ut ad eum cui emolumenta & fructus acquiruntur, etiam demerita servi pertineant: quamobrem in dominum datur actio noxalis: Noxa autem ipsum denotat delictum. *l. si quadrupes. 1. §. noxa. 1. l. plebs. 238. §. noxia 3. ff. de V. S.* veluti Furtum, damnum, Rapinam & injuriam *Schneid. ad pr. Inst. de nox. act. n. 2.* sub noxa tamen poena etiam intelligitur, pro qua datur servus, si domino illum luere non placet, noxa enim (i.e. poena) sequitur caput servi. *l. qui. 20. l. servi 43. ff. de nox. act.* Actio autem ista noxalis, quæ in dominum datur observi delictum, dividitur in Civilem, & Prætoriam *Wesemb. ff. d. l. n. 4. 5.* inque ea agitur, ut dominus damnum à servo datum aut resarciat, aut servum pro noxia det, in plus enim teneri non potest dominus quam ut noxæ servum det. *l. si servus 2. pr. ff. d. l.* ita si servus furtum fecisse dicetur, in dominum datur actio noxalis furti, si servus vi bona aliqua rapuerit, datur actio noxalis vi bonorum raptorum, qui liberatur oblatione quadrupli, aut dando servum pro noxa, ei cui damnum datum est: *Schneid. ad §. vi autem 19. Inst. de act.* Dominus verò servum noxæ dedendo, dominium ejus amittit, & transfertur in accipientem: si verò servus damnum resarcierit ei cui deditus est, quæ sita pecunia, auxilio prætoris invito domino manumitti potest, quod prima specie iniquum esse videtur, optima tamen ratione receptum est, servum ita libertate potiri posse, cum dominum nullus nihil aliud desideret, quam noxiam resarciri

Borchold ad Inst. de nox. act. n. 6. ad pr. §. 3. dominus Inst. d. l. Jacob. Cuiac. L. 11. obs. c. 30. & Lib. 3. obs. c. 9. Hodie verò explosa servitu- te, explosa etiam est actio ista, & ipsi liberi homines, quorum opera utimur, ex suis delictis conveniuntur, neque dominus de eorum facto regulariter tenetur, nisi sit quod ei imputetur, vel nisi jusserit: aliquando tamen etiam ratione mercedis quam ipsis debet tene- tur. Coler. dec. 208. D. Struv. Jurispr. L. 3. t. 27. §. 1. p. 737.

§. X.

Exposito edicto Prætoris, ut & actione noxali, qua dominus observi delictum pulsari potest; proximum erit dispicere qua actione ipse dominus, vel liber homo si rapinam commiserit conveniri possit. Actio quæ ex hoc delicto privato oritur, dicitur actio vi bonorum raptorum, & datur illi cujus interest rem non esse vi raptam seu corruptam. l. prætor. 4. §. amissa. 10. ff. vi bon. rapt. l. prætor 2. §. generaliter 23. ff. d. l. D. Struv. Ex 48. tb. 47. Wesenb. ad b. t. ff. n. 3. Rerum autem raptorum nomine, non solum vi bonorum raptorum agi potest, verum etiam furti, damni, inju- riæ, vel condictione, vel vindicatione certarum rerum. l. 2. §. rerum 26. ff. d. l. & omnis qui furti agere potest in re clam factâ, ob vim, ex iisdem causis hanc habet actionem. l. 2. §. generaliter 23 Wesenb. ff. d. l. imò quod peculiare, potest quis in hoc delictio agere furti nec manifesti, nec non bonorum raptorum, neque altera actio al- teram actionem consumit, nisi quatenus amplius est in actione vi bonorum raptorum l. qui 1. ff. b. t. Wesenb. n. 7. l. aut 15. ff. quod met. cau. l. si quis 52. §. si quis 30. l. si. 80. §. 15. l. autem 3. l. si quis 88. ff. de furt. Daturque contra quemlibet raptorem, vel eum qui cor- ruptit, aut causam dedit, ut vi doloque malo rapiatur. l. 2. §. si quis 12. ff. vi bon. rapt. qui semper inesse præsumitur. l. 2. §. dolo 2. d. l. nam vis dolum includit d. l. §. dolo 8. ff. b. t. l. item. 14 §. cum 13. ff. quod. met. cau. Anton. Matb. ad b. t. ff. n. 1. nisi error aut aliæ ju- stæ causæ adsint §. ita 1. Inst. vi. bon. rapt Wesenb. d. l. n. 4. Actio autem vi bonorum raptorum civilis est, eaque experimur secun- dum j9 civile, contra raptorem ob rem modicam, pileum, tunicam, gladium &c. sive deprehensus fuerit, sive non, intra annum in qua- druplum D. Struv. Ex 48. tb. 49. Theodoric. c. 2. §. 10. n. 9. Si au-



tem deprehensus fuerit, furri manifesti actioni locus esse potest, quæ plenior est, & dicitur hæc actio mixta quia rem & pœnam simul persequimur. *Borchold. ad §. vi autem 19. Inst. de act.* quare bonæ fidei possessor, usufructuarius, commodatarius, creditor, conductor &c. quorum interest, hanc actionem recte intentant. Solummodo autem tenetur, qui vi & dolo malo rem alienam mobilem, licet minimam alteri rapuit, non si errore ductus rem suam esse existimat, & quasi domino liceat vi abstulit. tunc excusante errore, cessat etiam actio. *§. ita Inst. l. b. t.* non verò hac actione conveniri possunt heredes ejus raptoris, quia pœnalis actio expirat cum persona delinquente. *l. 2. §. hæc 27. ff. b. t. Carpz. Pr. Cr. P. 3. q. 131. n. 11.* idque non tantum argumento *pr. Inst. de ingen. cum quo consentit scriptura, quod calamitas parentum, non debeat nocere liberis: nec parentibus liberorum: in verb. non occiduntur patres pro filiis, nec filii pro patribus, sed unusquisque pro peccato suo Deut. 24. v. 16. 2. Paralip. 25. v. 4.* Sed & civili ratione, de quâ *Titulo. Cod. si reus. vel accus. mort. fuer.* Excipitur tamē si locupletiores facti sunt ex hoc delicto (nemini enim alterius incommodum emolumentū esse debet *l. jure natura 206. ff. de D. R. 7.*) unde in tantum hac actione tenentur, in quantum facti sunt locupletiores. *l. quod. 16. §. hæc: 2. ff. quod met. cau l. in heredem. 26. ff. de dol: l. civilis 1. ff. d. privat: del:* Ordinariè itaq; soli facinorosi pœnam luunt, adeoq; solummodo actioni sunt subjecti. *Carpz. d. l. n. 11 12.* Eallit tamen hæc regula, si delinquens mortuus sit post sententiam, quæ vires rei judicatæ consecuta est. *l. licet. 3. §. item 11. ff. de pecul: vel si ad heredes ex delicto quid pervenerit. l. sicuti. 38. ff. de D. R. 7.* aut si ex delicto imponatur pœna amissionis bonorum, vel multa pecuniaria, cujus nomine heredes conveniri possunt. *l. Gajus. 22. ff. ad Sctum Syllan: l. Lex judiciorum 20. ff. de accus: vel si delicti atrocitas confiscationem bonorum requirat. e. g. in crimine læsæ majestatis Carpz. Crim: Carol. V. art. 128. So ein übelthäter: &c.* Itē si quis se ipsum interfecerit, post accusationem institutam, metu enim conscientie idfecisse, nec non crimen fateri videtur. *Wesenb: tit: ff. de bon: eorum qui ante Nihil etiā hoc in delicto refert, utrum plures rapinā commiseriat, quia nihilominus*

lominus quilibet in solidum conveniri potest, nec solutio unius alterum liberat, quia tot sunt poenae, quot sunt delinquentium personae, nisi quoad rei persecutionem. *l. semper. 15. §. si 2. ff. quod vi aut clam.* & sic contra quemlibet actio datur vi bonorum raptorum, ad restituendum damnum rapina datum. *Carpz. P. 4. C. 34. d. 5.* Non solum autem hac actione conveniri possunt qui vi res mobiles invito Domino vi auferunt, verum etiam ex alio Praetoris edicto, occasione incendii, ruinae, & naufragii dolo malo rapiunt, lucri faciendi animo, contra quos intra annum utilem actio datur in quadruplum, post annum vero in simplum. *l. praetor: 1 ff. de incend. rurin. D. Struv. Ex. 48. tb. 52. Wesenb. ad b. t. ff. n. 4.* quia in hisce casibus res per tumultum minus custoditae, multo in injuriis obnoxiae sunt, publice itaque inter fuit, severitatem adhibere, ne quid in ejusmodi tumultibus rapiatur. *Wesenb. d. l.*

C A P. III.

DE

POENA EX LEGE JULIA DE VI PUBLICA ET PRIVATA.

§. I.

OMnem rapinam commissam, aut in vim publicam: aut privatam incurrere, nemini ignotum erit. cum rapina non nisi vi committi possit, quae etiam illi formam tribuit, imò hanc speciem delictorum privatorum, à furto distingvit. Hinc non in commodum erit dispicere, quid sit vis publicae: quid privatae (2) & qualis ex hoc capite constituta sit poena in robbatores. Vis jure Civili, non unam habet significationem, potest enim vel in malam partem, vel in bonam trahi, quandoque enim in jure bonam indicat vim, qualis est vis paterna, & potestas quaedam in pupillum constituta, diciturque; *justa. §. est. 1. Inst. de tutel. l. tutela. 1. §. tutores 1. ff. ibid.* accipi & potest pro tali, quam magistratus infert jure licito. *l. continet. 3. ff. quod met. cau.* Nobis vero hoc in loco crimen aliquod, & injustam denotat vim, quo sensu etiam describitur in *l. vis, 2. ff. ibid.* quod sit majoris rei impetus



qui repelli nequit, voluntatem invitam cogens, quam
 Oratorum omnium facile Princeps. *Cic: pro Cenia* pessimo annu-
 merat vitio, inqviens, quod nihil juri tam iniquum quam vis, nec
 æquitati quidquam tam contrarium, tamq; infestum, quam convo-
 cati homines, armatiq;. Dividitur autem hæc vis in Simplicem.
D. Mart: disp: erim: 5. c. 2. sect. 1. p. 347. Vulbej: Jurisprud: Romæ
L. 1. c. 49. quæ nullo alio concurrente crimine perpetratur, qualem
 committit possessor, dejiciens alterum ex possessione. *l. clam. 6. l.*
etsi. 7. ff. de acquir: poss: l. si quis. 5. ff. ad L. Jul: de vi privat: Et
 Mixtam quæ est vis commissa cum facto, quod per se solum etiam
 criminolum est, ut si quis per vim possessionem alienam ingredi-
 endo, homicidium committat: Si quis per vim adulterium fœminæ
 inferat, imò nullum ferè tam atrox, tam horrendum est delictum
 & dari potest, cui non vis publica accedere queat. *Jodoc: Dam-*
boud: Pr. Cr. c. 97. 98. 99. 100. 101. & seqq. Hoc autem crimen pu-
 blicis judiciis, de vi publica & privata coercetur, quorum causa effi-
 ciens fuit lex Julia, cujus Autor non Augustus, sed Julius Cæsar
 creditur, tum propter locum *Ciceronis Philip. 1.* tum quod *Svetonijs*
 in recensione Legum, quas de integro finxit Augustus, eam non
 prætermisisset *Exhold. ad h. t. 8.* Communis autem Ddum schola,
 definit vim publicam illam esse, quæ armis fit *§. item 8. Inst: de*
publ. jud: Carpz Pr. Cr. P. 1. q. 40. n. 2. non solum gladio, sed quo-
 vis instrumento nocenti, quia armorum appellatione non gladii
 tantum, sed etiam fustes, lapidesq; comprehenduntur. *l. armatos.*
9. ff. ad L. Jul: de vi publ. Tiber: Decian: Tr: cr: L. 8. c. 2. Schneid:
ad §. 8. Inst: de publ. judic: Vocatur autem vis publ: (1) ratione
 causæ efficientis, si à persona potestate præditâ, subditis vis infer-
 tur. *l. lege. 7. ff. d. l.* (2) Ratione subjecti, si personæ publicæ, à priva-
 to vis illata sit. (3) Ratione effectus, per quam directe jus, vel bo-
 num publicum læditur & violatur *Godofr: ad l. hoc jure. 152. ff. de*
D. R. 7. (4) Respectu modi, quoniam privatus privato infert vim, adhibi-
 tis tamen armis: *§. recuperanda. 6. Inst: de interd: Carpz. d. l. n. 4.*
 Vis verò Privata est, quæ sine armis vis alicui infertur, vel quæ pri-
 vata securitas violatur. *§. item. 8. Inst de publ. iud. Ekhold. ff. ad L.*
Jul. de vi priv. quo ipso à publica secernitur. Carpz. d. l. n. 5. e.g. si
 quis

quis vim fecerit hominibus convocatis, vel ex agro vi aliquem sine armis dejecerit. *l. hac. 2. l. si quis 5. de vi priv. ff.* Fallit tamen hæc sententia, quod ad vim publ. semper arma, seu instrumenta nocentia requirantur, & potest etiam nullis adhibitis armis committi. e.g. si quis aliquem, qui omni jure inviolabilis est, qualis est legatus, *l. si quis 17. ff. de Legatio: injuriis afficit. l. lege. 7. ff. de vi publ. Exhold. ad b. t. §. 7. 8. Schneid. ad §. jus. 1. Inst. de j. N. G. & C.* Vel virginem vi comprimit, vel ex incendio quid rapuerit. *l. in eadem 3. §. item 3. 4. ff. de vi publ. D. Petr. Müller: ad l. hoc jure: 152. ff. d. D. R. I.* Hinc unus idemq; actus, in legem Juliam de vi publ. & de vi privata incidere potest, uti constat ex leg: *in eadem. 3. §. eadem. 6. l. qui cætu. 5. l. qui 10. §. hac. 1. ff. de vi publ. l. hac lege. 2. ff. de vi priv.* Regulariter tamen, qui alteri res suas vi aufert, pœnam Legis Juliae de vi privata incurrit; si arma adhibuerit, de vi publica, & parum refert, utrum alteri vulnus inflixerit, an vero armis terrorem injecerit, quia sufficit terror armorum *l. quod 3. §. qui 5. ff. de vi & vi arm: imò dicitur, violentia armis commissa, licet non extraxerit, aut deposuerit, sed solummodo ad latus habuerit Decian. in l. 152. ff. de D. R. J. Authaus Loc. Com: p. 14. crimenq; contrahitur, si nocendi animus intervenerit. Carpz. P. 4. C. 14. d. 1. n. 6.* Sed de his nihil ultra, potius proximum erit dispicere, qualis pœna sit constituta.

§. II.

Pœna quæ ex Lege Julia descendit variat. Namq; de vi privata damnato, tertia bonorum pars aufertur. *L. 1. ff. ad L. Jul. de vi priv.* de vi publicâ verò damnatus deportatur, ideoq; dicitur capitalis, quia illâ læditur caput hominis, quod dupliciter accipitur, Naturaliter, & Civiliter. Naturaliter omnes habent caput, non verò civiliter, & qui habet caput Civiliter, is utiq; & naturaliter, non vicissim, quia civile caput consistit in tribus potissimum partibus, nempe in Familia, Libertate, & Civitate. *Calv. p. 711.* Olim jure Romano, capitalis pœna in Ordinariam, & Extraordinariam secernebatur. Ordinaria erat, quæ Legibus erat constituta, ut ignis & aquæ interdictio, hæc enim opinione eorum, pro gravissima habebatur pœna, quia illis necessaria una cum civitate adempta erant elementa, nihilq; eis relinquebatur, quam libertas *§. minor. 2. Inst. de capis 3*



capit: demin. Ovid: 4. Fastor: Introdūcta autem fuit hęc pœna, quia
 civi Romano, vetustissimis Legibus vita eripi non poterat. *Cic. pro
 Cecin. pro Balb. Sc.* imò, & ne Consules Regiam sibi vindicarent
 potestatem, inq; caput civis Romani injussu populi animadvertē-
 rent, hinc factum, ut solum eos cœercere, non verò occidere pote-
 statem haberent. *l. necessarium. 2. §. exactis 16. ff. de Orig. Jur.* imò nec
 flagellare, uti constat *Actor. 22. v. 25.* ubi Paulus ad præfectum: Li-
 cetne vobis civem Romanum flagellare, & c. vetat & lex Valeria *Go-
 dofred. ad lege. 7. ff. de vi publ.* Exoleta Ignis & aquæ interdicio-
 ne, cœpit locum habere deportatio. *l. peculatus. 3. ff. ad L. Jul. pecul:*
 quæ annexam habebat publicationem bonorum, si in perpetuum
 erant deportati, aliter si ad tempus relegati. *l. relegatorum 7. §. ad 4.
 ff. de releg. & interd.* Non verò persuadere sibi quis debet, relegatio-
 nem cum deportatione idem esse, cum relegatio differat à depor-
 tatione, ut genus à specie, ortumq; trahat deportatio ex relegatio-
 ne. Relegatorum autem duo sunt genera; aut certa iis assignatur
 Insula, aut non, sed provinciis tantum interdicitur: si assignatur est
 deportatio. *l. 7. pr. ff. b. t.* quæ tollit jus civitatis: si verò non est rele-
 gatio, quæ nec bona, nec civitatem adimit, & vulgo isti vocantur
 exules, sed improprie. *l. 1. l. relegatorum 7. §. ad tempus 4. ff. de interd.
 & releg. D. Struv. Exerc. 49. th. 109. Exhold. §. 1. ff. b. t.* Triplicem qui-
 dem videtur statuere relegationem *Martianus l. exilium. 5. ff. d. l.*
 Aut enim est certorum locorum interdicio, aut omnium præter
 unum, quæ lata appellatur fuga, aut est Insulæ vinculum: i. e. relega-
 tio in Insulam *Wesemb. ff. b. t. n. 2.* Sed quicquid de eo sit, mansit pœ-
 na ordinaria usq; ad tempora Imperatorum. *l. 1. §. generaliter 3. ff.
 de pœn. & succesit pœna Extraordinaria, quæ ab Imperatoribus i-
 gnis & gladius, aliq; ultimi supplicii genera, in delinquentes san-
 citæ fuere, quæ postea passim tam civib9, quàm non civibus prome-
 ritis solemnia esse cœperunt, ut jura passim, præsertim ubi in crimi-
 nibus & pœnis agitur, docent, Coccej ad l. necessarium. 2. §. exactis
 16. ff. de orig. jur:* Ita ut pœna vis publicæ sit capitalis, & in autores
 seditionis *Crux l. si 38. §. autores. 2. ff. de pœn.* non enim alio nomine
 Salvator noster à Judæis crucifixus, quam quod eum seditionis au-
 torem appellarent. *Wesemb. ff. d. l. n. 3 Godofr. ad l. 38. ff. d. l.* In aliis
 gla-

gladius *l. capitalium*: 28. §. *solent* 3. ff. *d. l. ut in grassatoribus absq̄ve*
 latrocinio, *d. l. §. grassatores*. 10. Appellatae autem fuerunt poenae
 extraordinariae, quoniam jure Civili nemini, nec Consulibus licitum
 erat civem Romanum ob maleficium aliquod, mortis naturalis af-
 ficere supplicio. *l. necessarium*. 2. §. *exaltis*. 16. ff. *de orig: jur.* Impera-
 tores v. sprete hac constitutione, leges sanxerunt, ut delinquentes
 poena mortis naturalis, qualis est ignis, gladius, &c. afficiantur, quae
 postmodum observatae, & per longam consuetudinem vigorem le-
 gis acceperunt, ideoq; dictae extraordinariae, quasi nullis legibus
 sancitae. Dividitur tamen jure Civili poena etiam in permissam seu
 licitam, & prohibitam, seu illicitam, qualia exempla recensentur in
l. 25. §. 1. l. 8. §. 1. 3. 9. ff. b. t. l. 10. ff. de interd. l. 17. C. cod. quae tamen
 plurimae, hodiernis LL. abrogatae, & antiquatae sunt *Ekhöld. ff. de*
pen. §. 4. successitq; poena gladii, una cum impositione rotae in rob-
 batoribus nimirum, uti cavetur in *Const. Crim. Carol. V. art. 26. D.*
Struv. Jurispr. p. 226. Const. Elect. P. 4. Const. 35. de qua poena in se-
 quenti capite fusius.

CAP. IV.

DE

POENA.

EX CONSTITUTIONE CAROLI V.

Art. 126.

UT autem jura juribus concordent, eam imbibimus opinio-
 nem, Carolum V. pia memoriae, in Constitutione sua cri-
 minali articulo 126. de rapina ista, quae in strata publica, sine
 interfectione hominum committitur, locutum esse, cum
 qua etiam coincidit. *l. capitalium* 28. §. *grassatores* 10. ff. *de pen. ubi*
 Callistratus dicit, grassatores non tantum proximos latronibus ha-
 bendos esse, si cum ferro aggredi & spoliare instituerunt, utiq; si sae-
 pius, atq; in itineribus hoc admiserunt, quae etiam sententia arride-
 re videtur, vetustissimis LL. interpretibus, Bartolo nimirum, & Bal-
 do,

E

do,

do, cum Baldus ad *Auth: sed novo jure: in verb. Callistratus: de ser-
 vo fugit: n. 10.* non incommodè quæstionem instituat, qualiter istud
 verbum Robbaria intelligatur? & respondet, ista verba secundum,
 quod vulgus intelligit, esse accipienda *l. labeo 7. ff. de suppell. legat.*
 item ad *l. transigere C. de transact: in. 11.* nimirum de ista rapina, quæ
 in via perpetratur. Quod etiam sentit Bartolus ad *l. famosus 15. ff. de
 pæn: dicens l. capitalium. 28. §. grassatores 10. ff. de pæn.* intelligen-
 dam esse duobus modis, uno modo ut latro dicatur fur
 qui clam furatur, (si late accipitur) alio modo strictiori sensu, pro
 Latronibus h. e. de robbatoribus stratarum, qui hoc furtum publi-
 cè committunt. Accipitur & hoc in sensu à *B. Carp2. Pr. Cr. P. 2. qu.
 90. n. 4.* dum dicit; Rapina ceu minus delictum, est deprædatio abs-
 que occisione seu homicidio, adeoque ad crimen furti aliquo modo
 accedit, dicunturq; raptores, grassatores, deprædatores, qui homi-
 nes in viis spoliant, iisque bona sua vi auferunt, vulgo Räuber/ Frey-
 beuter/ Taschenklopffer/ Buschflöpfer/ &c. Idem tradit *Const. Elect.
 35. P. 4. d. 3.* Ut autem res melius cognosci possit, optimum erit,
 verba hujus articuli singulatim exponere, quæ ita se habent.

§. II.

Ein jeder böshafftiger/überwundener Räuber/
 sol nach Vermögen unserer Vorfahren/ und unser ge-
 meinen Kayserlichen Rechten/ mit dem Schwerdt/
 oder/ wie an jeden Ort in diesen Fällen/ mit guter Ge-
 wonheit herkommen ist/ jedoch am Leben gestrafft
 werden.

Ein jeder böshafftiger überwundener Räuber) Incipit Im-
 perator de dolo, tanquam formali omnium criminum ratione, il-
 losq; tantum intelligit raptores, qui destinato animo lucri facien-
 di causa vias depopulantur, aliosq; spoliant; non qui errore ducti
 rem alteri vi auferunt. Nam licet hoc juri sit contrarium, uti
 constat ex *§. ita 1. Inst. vi bon. rapt.* tamen non tam grave est deli-
 ctum, ut ordinariam robbariæ pœnam mereatur, juxta illud vul-
 gaturn proverbium: Errare humanum, neminemque fugit, erro-
 rem quandoque veniam parere. Cæterum Imperator dicit, est
 jeder

eder/ sive sit dominus, sive sit servus, nihil refert, & si servus jussu domini commiserit rapinam, ipse dominus hanc poenam, ob mandatum, cui servus parere necessum habet, incurrit, quia mandans & mandatarius sunt correlata, ut pater & filius, dominus & servus. *Carpz. Pr. Cr. P. 1. q. 4. n. 4.* Porro & mentio fit, ut raptor confessus aut convictus sit, in verbis, ein jeder bößhafftiger überwundener Räuber. Requiritur autem communiter, ut quis dici possit raptor (1) quod solitus sit depradari (2) ut cum ferro aggressus sit (3) spoliare instituerit, & publica fama contra eum laboret (4) idque in itineribus publicis fecerit (5) adsit hostilitas. *Decianus tr. cr. L. 9 c. 39. n. 4.* quæ requisita tamen hodie non exigi notat *Carpz. P. 4. C. 35. d. 7.* legitimus autem formari debet processus, à judice circumsperto, ne nimis festinando, aut proprii commodi causa, iniquam ferat sententiam, & sic delinquenti, injusteque damnato, ansam præbeat ad superiorem provocandi judicem, quæ vulgo provocatio in vallem Josaphat nominatur, quia multi in ea opinione versantur, extremum ibidem aliquando judicium institutum iri ex *Joel. dicto c. 3. v. 2.* congregabo omnes Gentes, & deducam eas in vallem Josaphat: & disceptabo cum eis ibi &c. non solum Pontificii, sed etiam, Lutherani. *B. Gerbard de appell. ad Jes. Christ.* Definitur autem provocatio ista, quod sit actio, quæ quis adversarium suum in vallem Josaphat citat, ut certo compareat tempore, ad rationem reddendam. Ubi ut licita illa sit, quatuor requiruntur, (1) ut adsit atrocissima injuria (2) summa innocentia (3) Pura & ab omnibus affectibus libera conscientia & (4) Singularis, & extraordinaria Spiritus Sancti assistentia *D. Mengerling. Evang. Gewissens. Richt. Dom. 26. post. Trinit.* Posse autem injuste damnatum ad tribunal Christi appellare, probatur duobus argumentis. (1) quæcumque potestas, cum reservatione Divini judicii constituta est, ab ejus iniqua sententia, ad tribunal Dei provocare licitum est. Atqui potestas judicis Civilis, constituta est cum reservatione Divini judicii. E. & licet. Major clara est, Minor ex *Seldeno* probari potest. *L. VII. c. 4. de jur. nat. juxta discipl. Hebr. p. 843.* Alterum argumentum est tale Cujusc. potestas à judicio Divino dependet, ab illius sententia iniqua provocare licet. Atqui E. Major ex *l. 1. §. si quis 3. ff.*



de Appell. corroboratur, Minor verò per se clara est. Probari & potest appellationem esse licitam non tantum ex profanis, sed etiam ex Biblicis, ut *Gen. 4. v. 10. C. 16. v. 5. C. 31. v. 53. Exod. 5. v. 21. 1. Sam. 24. v. 13. 16.* præprimis observandum exemplum Zachariæ qui, cum injustè interficeretur à Rege, cui nomen Joas, in agone mortis eum ita allocutus est. Videat Dominus & requirat 2. *Paralip. 24. v. 24. 25.* & alia *Jerem. 11. v. 20. C. 20. v. 12. 4. Esr. 15. v. 8. 2. Maccab. 7. v. 17. Judith. 7. v. 13. Actor. 23. v. 3.* quæ verba à Paulo non frustra prolata fuerunt, teste *Joseph. de bel. Jud. L. II. c. 28.* latius videatur *B. Lutherus Tom. 10. Witteb. fol. 118. Tom. 5. Jenens. f. 534.* Profana autem quod attinet exempla, citantur illa passim apud autores quam plurimos, utpote apud *Del Rio in disquis. Mag. Tom. 2. L. 4. c. 4. sect. 4. Lud. Godofr. Chron. L. 6. p. 586. Gvagin. L. 7. c. 5. Baptist. Fulgos. L. 1. memor. c. 6. Balaam in vit Pontif. p. 301. Job. Marian. T. 2. L. 15. c. 14. Job. Granat. Inst. Theol. Christ. c. 5. S. 11. Hering. discursu de appell. div. Camerar. cent. 5. c. 38. Simon. Goulard. in thesau. histor. vol. 3. sub A. Christoph. Richter. spectas. hist. cent. 3. hist. 38. 39. 40. Inter Ictos verò *Valent. Wintherum. L. 1. c. 1. n. 38. Martin. Rumlin. P. 2. disp. 2. ad A. B. Richter. L. 2. § 20. ff. de D. R. f. Arnold. Calpmar. L. 1. de jur. Imper. c. 38. Wesenb. conf. 43. n. 80. Reusn. L. 2. dec. 23. n. 2.* Memorabilem, imò & notatu dignam recenset *Lauterbeck Historiam in Regentenbuch Part. 5. c. 4.* his verb. *Trieben doch jene Richter das Gespötte daraus/ als sie der Landes- Knecht (welchen sie umb sein Geld zu überkommen/ unschuldig zum Tode verdamten) in das Thal Josaphat lude; aber ehe ein Jahr umbkam/ gingen also viere schrecklich dahin / einer ward vom Donner erschlagen / der andere in der Zechen erstochen / der dritte wegen Diebstahls gehenckt / der vierdte als er iht sterben solte/ sagte er Satan cur cessas? quando animam meam è corpore tolles, tibi hactenus servivi, tuus igitur sum, nolo in vallem Josaphat duci ad militem. D. Himmel in Joel. p. 302.* Ex quibus omnibus patet, nec non quilibet intelligere potest, provocationes à sententiis injustis ad tribunal Divinum, non esse penitus contemnendas, ut ut tamen dissuadendas: quam obrem justus iudex omnia, & quidem minutissimas considerare debet circumstantias, quia quæ vitam ho-*

hominis concernunt, accuratissimè sunt ponderanda *Relchs. Ab.*
Anno 1529. & Weichbild art. 45. Wenn die Klage/geht zu Haut und
 Haar/hat man sich wohl vorzusehen/ Legitimam ideo primum in-
 stituere debet inquisitionem, quæ est judicis, ex officio suo pro-
 cedentis super delicto informatio, & dividitur in Generalem, &
 Specialem. Generalis tantummodo præparatoria est, ad invenien-
 dum delictum, & aliquo modo investigandum delinquentem, si
 enim accusator non adfit, iudex ex officio suo inquirat. *Carpz. Pr.*
Cr. P. 3. q. 107. n. 5. Specialis verò instituitur, contra particularem
 personam, de cuius delicto curia notitiam habet *Jul. Clar. Job. Calv.*
p. 353. non tamen in omnes hoc modo inquiri debet, nisi prius ad-
 sit suspicio, quæ est ipse suspicandi actus, quo timore quodam aspi-
 cimus ea, de quibus dubitatur. *Calv. p. 887.* & dispesci potest in
 Levem, quæ valde debilem assensum, multum verò dubitationis
 habet, & Gravem, quæ plus assensus, parum verò dubitationis ha-
 bet, & Violentam, quæ est certa suspicio. Omnis autem suspicio
 vel est justa, quando iudex ex officio suspicatur, vel Injusta, quæ
 provenit (1) ex qualitate judicantis. (2) Ex Livore animi
David à Mauden. disc. mor. ad Præcept. VIII. Justæ autem
 suspicionis, ac inquisitionis causæ hæ sunt (1) Fama cer-
 ta, quæ non debet esse vaga, neq; contraria, sed solida & inconcussa,
 (2) Denunciatio (3) Fuga quam raptor ante citationem arripuerit
P. H. D. art. 34. 40. Farin: q. 48. n. 21. (4) Frequens domicilii mu-
 tatio, post factam diffamationem (5) Silentium raptoris ad objectum
 sibi crimen, qui enim tacet consentire videtur, uti habet prover-
 bium. Potest etiam ex commensalitate oriri suspicio, uti vult *D.*
Struv; Tr: de judic: p. 128. P. H. D. art. 25. Ob die verdachte Per-
 sohn bey solchen Leuten Wohnung/und Gesellschaft habe. &c: Ne
 autem injustè adhuc infligatur, non immerito etiam testes, sine qui-
 bus vix ullum exerceri potest iudicium, sunt adhibendi: his enim
 reus est convincendus *Wesenb ff. de testit.* Adhibendi autem sunt
 in probandâ famâ ii (1) de quorum fide satis constat (2) ut & istam
 personam indicent, à quibus famam perceperint *Damboud. Pr. Cr. C.*
q. n. 10. daß solcher Zeimundt nicht von Feinden/ sondern unparthel-
 ischen Leuten herkommen *P. H. D. art. 28.* (3) ut dicant, se à pluribus &



majore parte populi audivisse (4) ut significant causam rumoris (5) ne ex invidia erga reum, testimonium perhibeant: Sic suspitione confirmata, potest iudex tunc instituire tam inquisitionem personalem, quam domesticam, quæ vulgo die *Haussuchung* appellatur. Coeterum si res est incerta, nec certi inveniuntur testes, suspicio tamen levis adest, potest suspectæ personæ deferri iuramentum purgationis, non solum in Civilibus, sed etiam in Criminalibus, uti habetur in *Const: Elect. 21. Part. 1.* quamvis dissentiat *Petr. Theod: Pr: Cr: c. 6. §. 6.* inquit. *Kömbt es den Wolff zur Hande / undt den Diebe zum Ende / so haben sie beyde gewonnen.* Nobis tamen hæc placet sententia, raptori posse imponi iuramentum purgationis, (quod est affirmatio sacræ attestacione rei firmata, seu advocatio Dei in testem, ad fidem faciendam se non fecisse. *David à Masd: disc: mor: 2. ad præc: 2. D. Struv. Ex. 17. tb. 5.*) sibiq; imputari debet, si perjurium commiserit: non tamen iudex in deferendo huiusmodi iuramento, proclivis esse debet, nec facilis, sed cautus & circumspexitus, considerando personas, locum, & tempus, ubi & quando robaria sit facta. Quod si vehementia adsunt Indicia, aut & testes, nec reus fateri vult, potest torturæ subjici, quæ more majorum introducta est, ut tormentis veritas exprimat. *Paul: L. 5. sentent: tit: 14. Wesenb: ff. de quest: n. 12.* & locum solum fortitur in rebus istis, ubi veritas aliter haberi nequit, nimirum in delictis, quibus poena corporis afflictiva statuta est. *Carpz. Pr: Cr. P. 3. Q. 120. n. 2. D. Struv. Ex. 49. tb. 99.* qualia sunt Rapina *P. S. D. art. 38. 39. 40.* Furtum *art. 43.* Proditio *art. 42.* Incendium *art. 41.* Veneficium *art. 37.* Infanticidium *art. 35.* Homicidium *art. 33.* Ultra tres tamen vices, in ipsis etiam atrocissimis delictis inferri nequit, *Carpz. d. l. q. 124. n. 51. seqq.* Indifferenter tamen non omnes torqueri debent, dantur enim tres causæ quæ eximunt reum (1) defectus iudicii (2) corporis debilitas (3) dignitas rei, ut nobiles secundum dignitatem, item Doctores, Advocati, Milites *Carpz. d. l. q. 118. n. 65. Wesenb: d. l. n. 10.* Secundum corporis debilitatem, Mulieres prægnantes. *l. prægnantes. 3. ff. de pen: & licet puerum vel infantem sit enixa, tamen intra 40. dies tormentis interrogari nequit, quia fieri posset, ut lac subtraheretur infanti, & sic calamitas matris noceret infanti, quod pugnat contra legem*

legem Divinam. 2. Reg. 14. v. 6. Paral: 25. v. 4. & Civilem pr: Inst: de ingen: l. 5. §. ingenui. 2. ff. de stat: hom: porro & Senes Carpz. d. l. 9. 144. Infantes, Furiosi, Epileptici, quia si epilepsia in tortura concurreret, bis affligeretur, afflicto autem non addenda est afflictio. c. 5. X. de cleric: agrot: Insuper alius in alium etiam non est torquendus. e. g. pater in filium, & vice versa l. 1. §. sed nec 9. ff. de quest: Si tamen concurrant in Tortura uxor & maritus, vel Pater & filius, quæritur quis primo loco sit torquendus? Nonnulli præferunt patrem, nobis verò placet eorum sententia, qui filium præmittunt, non ut debilissimam personam, sed ut pater magis periclitetur afflictione filii. §. sed 7. Inst: de nox: act. Altero v. in casu, dubium non erit quin uxor, ut debilissima persona sit præmittenda, inconstantes enim & molles sunt mulieres, & ad confessionem procliviores quam viri. Auth: Loc: Com: Simpliciter tamen si confessio veritati non sit consentanea, nec confessus in sua confessione perseveret, ac in loco iudicii publici, extra locum torturæ præterlapsis aliquot diebus eam ratificet, damnari nequit. P. H. D. Carol. V. art. 56. Carpz. d. l. 9. 126 n. 6. l. si quis. 2. C. de cust: reor: Quibus sic observatis, non immerito pro confesso & convicto est habendus, uti vult artic: præsens, in verb: ein jeder böshafftiger überwundener Räuber.

§. II.

Soll nach vermöge unser vorsehen/und unser gemeinen Känserlichen Rechten mit den Schwert.) His verbis Imperator ostendit qualitatem poenæ, quæ describitur à Grotio L. 1. c. 20. §. 1. de J. B. & P. quod sit malum passionis, quod infligitur ob malum actionis, & variat pro varietate delicti. Aliæ nimirum sunt capitales, quæ caput adimunt, licet tantum ex civitate l. rei capitalis 2. pr: ff. de poen: qualis etiam est fustigatio, quæ in locum deportationis succedit Wesenb: ff. de poen: n. 3. Aliæ non capitales, quæ ad existimationem, non capitis periculum pertinent, l. capitalium. 18. §. 2. ff. de poen: Sed stricta significatione, capitalis poena ultimum supplicium significat. l. ultimum 21. ff. eod. Imperator itaq; pressis pedibus sequens antecessores suos, itidem poenam gladii in raptos constituit in animo habuit, quasi primum gradum poenarum capitalium. Gladio enim puniuntur Moechi, Adulteri. P. H. D. Carol. V. art: 120. Proditores

art. 124. & Raptores art. 126. Alterum gradum facit contractio membrorum per rotam, qui successit dilapidationi Judæorum *Niceph: L. 7. c. 46.* qua puniuntur Latrones, & alii ejusdem farinae. *Wesenb: ff. de pæn: Tertius est ignis, quo absumuntur hostes, transfugæ. l. aut. 8. §. hostes. 3. l. si 38. §. transfuga 1. ff. de pæn: fluminū corruptores l. un. C. de Nil: agerieb. & sagæ. l. nullus 3. C. de malef: & mathe. P. H. D. art. 109. So iemandt durch Zauberer &c: Den soll man mit den Feuer straffen. &c. penes Pontificios Hæretici, qui proprie dicuntur illi, qui quatuor illa Sancta Concilia; Nicænum Constantinopolitanum, Ephesinum primum, & Chalcedonense nō amplectuntur, juxta. l. quicumq; 8. C. de hæret: Carpz. P. 3. C. 14. de 10. n. 2. Wesenb: C. de Hæret: n. 1. Ultimus gradus est objectio ad lanienam bestiarum: l. perspicendum 11. §. capitis. 3. ff. de pæn. Quo pertinet Pollionis exemplum, qui murænas in piscinis, saltem sanguine servorum ad mortem damnatorum aluit. Hic, cum Augustus conviva ejus esset, puerum qui fregerat vas crystallinum ad mortem rapi, & murænis objici jusit, evasit autem ē manibus puer, & confugit ad Augustum, nihil aliud petiturus, quam ut aliter periret, nec esca fieret piscibus; Motus Cæsar novitate crudelitatis, & illum quidem mitti, crystallina autem omnia frangi jusit, compleriq; piscinam. *Senec. Lib. 3. de ira c. 4. D. Beckman: ad A. B. p. 303. n. 42.* qui tamen modus hodie exolevit. Voluit itaq; Imperator minimam eligere poenam, quia in rebus odiosis semper minimum est eligendum *Wissenb. ff. de pæn: aliud si concurrat homicidium, ubi tanquam in graviore delicto, gravior imponitur poena, neq; immerito contusione membrorum puniuntur Carpz. Pr: Cr: P. 1. q. 22. n. 8. Quæritur tamen hoc loco, an raptor (argumento furis qui rupto laqueo liberatur Wesenb: ff. de pæn. n. 9. Tiraqvel: tr: de pæn: cau. 64. Luc. de Pen: in l. 1. C. de ser: & occul: Lib. 12. Dec: in. l. favorabilis. 125. ff. de reg. jur:) etiam sit absolvendus, si caput ejus non uno ictu amputetur, sed vulnus tantum lethale ei infligatur? Magna quidem lis vertitur inter Ddres, quorum non pauci sentiunt quod possint absolvi. Verum etiam si primo ictu capite non plectitur, tamen alteri ictui subjici potest, nullibi enim talis habetur exceptio**



tio, nec mitigatio poenæ, Posset talis homo se impenetrabilem red-
 dere, vulgò feste machen/nec non cum carnifice colludere, si sciret
 se postea immunem esse, Olim quidem carnifices lapidibus ob-
 ruebantur à populo, si primo ictu caput non refecarent, quam ut
 iniquam consuetudinem sustulit Imperator per: art: 97. P. H. O.
 undt soll der Richter öffentl. außruffen lassen/ undt von der Obrig-
 keit wegen bey Leib und Leben gebtichen/ dem Nachrichten keinerley
 verhinderung zu thun/ oder ob ihn mißlänge/ nicht Handt anzule-
 gen: vid: Carpz. Pr. Cr. P. 3. q. 137. n. 66. & Stephan; ad h. art:
 Qui verò doli capaces non sunt, hi etiam poena hac plecti nequeunt,
 etiam si rapinam commiserint, nisi malitia ætatem suppleat. Const.
 Cr. art. 164. in verb: Also daß die Bosheit das Alter erfüllen möch-
 te &c. Primo enim excusantur infantes, qui ex nullo delicto obli-
 gantur, nec poenam aliquam incurrunt. l. infans. 12. ff. ad L. Cornel
 de Sicar: doli enim non sunt capaces. l. in 5. ff. de D. R. 7. nec ullum
 creditur illos habere iudicium. Carpz. Pr. Cr. P. 3. q. 145. n. 14. Por-
 ro impuberes, non tamen absolute, sed ab ordinaria tantum poena
 ibid. n. 21. Sic in casu homicidii commissi Wehrgeldum præstant,
 quod est summa 24, Sexagenarum antiquarum, seu 20. talerorum.
 Gloss: in Landr. L. 1. art: 65. n. 5. Wehner: in verb: Wehrgeld / uti
 constat ex d. art: 65. L. 2. Landr. erschlägt ein Kind einen Mann / sein
 Vormund soll das bessern mit jenes Wehrgelde. Deinde senes, quorū
 terminus senectutis quibusdam est annus 55. aliis 60. 64. 70. & 80.
 Carpz. d. l. q. 144. n. 13. Farin: Pr: Cr. q. 92. n. 22. iisq; sunt tutores
 constituendi si desiderant Landr. L. 1. art. 42. über 60. Jahr ist der
 Mañ über seine Tage kommen / also daß er vormündt haben soll ob er
 will. Hoc tamen observandum probè, num ex pueritia commiserit, si
 scilicet iterum repuerascere inceperit, tunc commiseratione opo ha-
 bet, an ex culpa, vel dolo etiam malo adhibito, Carpz. d. l. n. 10. &
 ultimo Melancholici, qui licet impuniti non maneat, tamen ordi-
 nariam evadunt poenam Petr. Heig: P. 2. q. 38. n. 53. uti & respon-
 derunt Scabini Lipsienses senatui Ositiensi, in casu commissi adul-
 terii, qui poenam fustigationis in relegationem commutarunt.
 Carpz. d. l. q. 145. n. 55. Farin: P. 3. q. 93. n. 1.

F

§. III.

actio
 Ni-
 rinæ.
 rans-
 minū
 alef:
 Den
 i, qui
 num
 se nō
 de 10.
 lani-
 o per-
 ngvis
 uftus
 rtem
 onfu-
 nec
 a qui-
 pisci-
 n. 42.
 mini-
 st eli-
 ubi
 meri-
 22. n.
 rupto
 cau.
 vora-
 n uno
 magna
 quod
 titus,
 cept-
 119-



Pergit Imperator in articulo non laude satis prosequendo, oder wie an jeden orth in diesen fällen/mit guter gewonheit herkommen ist/ledoch am leben gestrafft werden. Poenam ex positivo quæ descendit jure, pro varietate civitatis vel territorii variare, nemini ignotum forsitan, non enim ubiq; in delinquentes constituta est poena capitalis, quod ex consuetudine Polonorum patet, qui præstatione. 5. aureorum, à poena homicidii liberantur, nam consuetudo est jus quodam moribus institutum, quod etiam pro lege accipitur, deficiente lege. *Dist. 1. c. 5. Isidorus de coron. milit. & observari debet si per longum tempus fuerit confirmata Arniseus. L. 1. c. 9. Polit: §. sine scripto: 9. Inst: de jur: N. G. & C. l. de quibus. 32. §. inveterata. 1. ff. de LL.* Jure quidem Romanorum antiquo, nullus civis injussu populi, capitis supplicio affici poterat, sed maxima poena, quæ magistratibus permessa, erat ignis & aquæ interdictio, cui successit deportatio. *l. peculatus. 3. ff. ad L. ful: peculat: quod etiam jus duravit usq; ad tempora Imperatorum, & permutato statu Reipublicæ, etiam permutatum fuit, hinc addit Imperator hæc verba doch am leben.* Jure enim Civili, (uti dictum) magistratus facinorosis civibus vitam eripere non poterat. *l. nec essarium. 2. §. exactis. 16. ff. de Orig. jur: sed tantum in vincula publica conjicere, vel deportare. &c: quæ tamen ab Imperatoribus correctæ, extraordinariæq; poena in delinquentes locum habere cœpit, ita ut omnis homo sine discrimine aliquo, poena capitali affici posset, & ut putridum quasi membrum Reipublicæ tolli ac rescari.* Capitalem autem ideò vult esse poenam Imperator, quod in robbaria, non solum pax publica violetur, sed etiam securitas viarum commaculetur, cum tamen nihil tutius esse debeat, quam pax & via publica, nihilq; magis Imperatori incumbat, quàm ut ea curet, quæ ad securitatem viæ publicæ spectant, ut & à malis hominibus via purgetur, neq; à raptoribus infestetur *Gail: Obs. L. 2. 64. n. 2. Arumæus ad A. B. disp. 1. Reichs Absch: Anno 1548. §. 20.* quam ut justam constitutionem probat *Wahrmudt ab Ehrenberg c. 5. de regn: subsid. & onerib: subditn. 36. 37.* einen Fürsten soll man kenne bey reiner Straffe/guter Münze/und haltung beschehen zusage. *Carpz. Pr. Cr. P. 1. q. 42. n. 4. Syrach: c. 42. v. 20.* quam obrem non immeritò raptor poenæ capitali, coerceri debet.

De
JURE HODIERNO.

§. I.

Constitutione quidem Criminali Carol. V. pia memorie
cautum fuit, ut raptor solum poena gladii affici, adeoque
corpus postea sepulturae tradi possit, quam mutavit jus
Saxonicum, addiditque ut raptorum corpora, rotæ (ad
poenam ad augendam) imponantur, ob rem etiam minimam, uti
pronunciatum fuit Anno 1582. mens. Jul. contra J. B. zu Coswig.
So möchte er/wegen solches begangenen Raubes / indem er einen
Berler auf der Strasse etliche Pfennige und ein Klöcklein abge-
nommen / mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gebracht wer-
den / und folgend nach vollbrachter execution / andern zum Ab-
scheu und Exempel / damit andere dergleichen zu begehen abgeschre-
cket werden / auf ein Rad gelegt und geflochten werden. *B. R. W.*
Carpz. P. 4. C. 35. d. 3. § 4. Sic Domini Lipsiensis; Witten-
bergenes verò propter rem non adeo magnam deportationem
dictitasse, refert, horumque sententiam sequitur *Bernhard. Zieriz.*
ad Const. Crim. Carol. V. art. 126. Aucta autem est poena impositio-
ne rotæ, ut coeteri à tali delicto absterreantur. *Carpz. d. l. d. 3.*
So möchte er ic. vermöge Kayser Karls des Fünfften P. H. D mit
dem Schwerdt gestrafft / und andern zum Abscheu auf ein Rad ge-
geflochten werden. item *Landr. L. 2. art. 13.* Non immeritò tamen
quaeritur. An impositio rotæ poena, & an justa sit? Quod ad pri-
mam attinet quaestionem, dubitari potest ex eo, quod corpus rotæ
impositum amplius homo non sit, adeoque uti nihil sentit, ita nec
poenam pati possit, quia poena propriè cum Grotio loquendo, est
malum passionis, quod infligitur ob malum actionis. *L. 2. c. 10. §. 1.*
de J. B. & P. Verum respondetur affirmando, sola enim privatio
sepulturae, pro poena habetur. *Petr. Theodor. c. 10. §. 3. Carpz. Pr. Cr.*
P. 3. q. 128. n. 62. Coeterum his quatuor poenæ capitales augentur
(1) Impositione trahæ, die Schlessung / quando reus trahæ impo-

strus, ab eqvo ad locum supplicii pertrahitur. *Const. Carl. V. art. 193.*
 und sol darzu/durch die unvernünftigen Thiere auf die Richtstatt
 geschleiffet werden. cui supplicio locus datur, si parricidium in fra-
 tribus, sororibusve &c. commissum fuerit. *Const. Elect. P. 4. Const.*
3. §. ult. wenn aber an Brüdern 2c. (2) Adustione forcipum canden-
 tium *art. 194. P. H. O.* und soll darzu vor der endlichen Tödrung/
 auf einen Wagen bis zu der Richtstatt umbgeführt / und der Leib
 mit glühenden Zangen gerissen werden / quo casu plurimum exaspe-
 ratur poena, teste *art. 130.* doch zu mehrer Furcht / juncto *art. 137. (3)*
 Contusione rotæ, quando corpus rei, crura, brachiaque rota fran-
 guntur, antequam caput vel ipsum cor contundatur vulgo, vñ untē
 aufrädern *Carpz. Pr. Cr. P. 3. q. 121. n. 66.* (4) Impositione rotæ, quando
 corpus rotæ affigitur. Ad objectionem verò dici potest, talem
 pro vivo censerī, quod fieri posse, patet ex iis criminibus, in qui-
 bus accusari, memoriaque defuncti damnari potest, e. g. in cri-
 mine læsæ majestatis, Hæreseos, Reperundarum &c. *Decian. C.*
33. n. 42. Theodor. c. 4. §. 5. n. 17. §. c. 10. §. 3. Carpz. d. l. n. 62. Per
Greg. in Synt. jur. L. 31. c. 27. n. 10. Alteram verò quod attinet quæ-
 stionem, an justa sit? Ob stare videtur Jus Gentium, quod vult ut
 corpora defunctorum male non tractentur, & contrariari juri Di-
 vino *Gen. 3. v. 19.* terra es, & in terram reverteris, item expressæ
 prohibitioni Dei, *Deutr. 21.* ubi, ne cadavera in ligno appensa, ibi-
 dem pernoctent, Græci, Latiniqve passim agnoverunt. *Cic. ex Eu-*
rip. Hypsib. reddenda est terræ terra. Et quod apud Salomonem
 legimus, pulverem ad terram redire, Spiritum autem ad Deum,
 qui dederat: item *Lucret.* Omniparens eadem, rerum est commu-
 ne sepulchrum. *Grot. de J. B. & P. L. 2. c. 19. v. 1. 2.* Verumtamen,
 raptoribus non immerito denegatur sepultura, & loca obstantia,
 sunt quidem juris Divini, sed positivi & forensis: Mores autem
 gentium allegati, apud alias gentes aliter se habent. Unde nec
 improbat alibi ista sepulturæ privatio *Gen. 40. v. 19. Jer. 16. v. 6.*
Ezech. 39. v. 17. 1. Timoth. v. 26. & factum, ut cæteri à tali delicto
 absterreantur. *XXXIII. q. 5. c. 4. l. si poena. 20. ff. de poen. Carpz. P.*
2. decis. 159. n. 15. Godofr. ad d. l. lit. e. l. capitalium 28. §. famosus
15. l. si quis. 6. §. si avos. 1. ff. d. l. ex etiam adest *Const. Elect. 35.*
 P. 4.

P. 4. Die sol man andern zum Abscheu auf das Rad schlechten. *Carpz. d. l. def. 5.*

§. II.

Nonnunquam verò accidit, ut talia cadavera furto auferantur, ubi quæritur, qualis poena huic facto conveniat? Equidem, quanquam Jure Justiniano, nulla lege expressa constituta sit poena, non tamen immeritò tales fures poenâ coerceri possunt. e. g. arbitraria, si tamen spoliatio armis facta fuerit, capite solent puniri. *l. prator. 3. §. adversus 7. ff. de sepul. viol.* non parum enim vitatur locus justitiæ publicus. *Carpz. P. 4. C. 34. d. 3. n. 5. Nic. Boer. dec. 212. n. 24.* Quamobrem jure veteri usu receptum erat, custodes constituere, qui suspensum aut crucifixum custodirent, ne furto auferretur, quale exemplum habemus in passione Christi salvatoris nostri, cujus ad crucem, Pilatus Centurionem cum cohorte ipsius constituit *Matth. 27.* Probe tamen observandum, à quo, & cui facta sit ablatio furtiva cadaverum, an à cognatis, an ab aliis fortè ad artem magicam exercendam Humanitatis enim causa, cadavera cognatis & necessariis non de negari solent, hinc si à cognato, aut Medico ad artem excolendam auferuntur, non tam graviter puniuntur, quam sagæ & alii ejusdem corii homines. *D. Struv. Ex. 49. th. III. Carpz. Pr. Cr. P. 3. 9. 137. n. 72. Tiraquel. de nobil. c. 10 n. 114. Wesenb. ff. de cadav. punit.* Nonnulli quidem putant, carnificem tali in casu eximium esse, licereque ei bona eorum auferre, quos tamen refutat. *B. Carpz. d. l. P. 2. q. 83. n. 61. & P. 4. C. 34. Joh. Bajard. in addit. ad Jul. Clar. L. 5. sent. §. ult. quest. 68 n. 142. & 100. n. 6.* nulla etiam datur exceptio in Const. Elect. sed simpliciter de omnibus loquitur, omnesque his verbis comprehensos vult. die aber welche den Dieben. Jure quidem Civili nulla reperitur poena *Ekhöld. ad h. r. §. ult.* moribus verò Saxonice fustigatio, relegatio, pro varietate circumstantiarum imponitur. *Carpz. d. l. Coler. dec. 147. D. Struv. Ex. 48. 91.*

§. III.

Absoluta sic poena jure Saxonico determinatâ, proximum erit aliquid addere, de confiscatione bonorum. Condemnatio enim duos habet effectus, quorum primus est servitus poenæ, alter verò

verò confiscatio bonorū *Wesenb ff. de bon. damn. qvæ olim in pluri-*
mis delictis usitata D. Struv. Ex 49. tb. 106 imo generaliter in deporta-
 tione recepta erat. *l. 1. ff. de bon. damn. Wesenb. d. l. n. 2.* Jure tamē novo,
 talia bona non lucro fiunt iudicibus neque etiam fisco, sed cogna-
 tis ascendentibus, usque ad tertium gradum, illis verò non existen-
 tibus, admittitur fiscus *Nov. 143. c. 13. Struv. Ex 32. tb. 8. Wesenb. d. l.*
n. 6. Carpz. Pr. Cr. P. 3. q. 135. n. 7. Scotan. p. 882. jure Svecorum ta-
 lia bona inter jura majestatis referuntur, & vocantur **DAMNA**
MAJESTATIS. *D. Beier. ad Schulz Inst. de vi bon. rapt.* Sed in Germania con-
 fiscatio bonorum explosa est, testante *Carpz. d. l. n. 4. & 9.* &
 possunt damnati ad mortem, ex clementia justiniani testari *Beier.*
disp. de bon. damn. aut potius ex moribus benignis, si & habilem
 personam, & sufficiens objectum habeant. *Jul. Clar. L. 3. sent. S. te-*
stam. qvæ. 2. n. 1. Matth. Coler. P. 1. dec. 34. n. 6. Carpz. d. l. n. 22. 23.
P. 3. C. 6. d. 1. excepto tamen crimine læsæ majestatis. *Scotan. p. 882.*
Carpz. Pr. Cr. d. l. n. 25. P. H. D. Carol. V. art. 218. außserhalb des
 Lasters unser beleidigten Majestät. *D. Struv. Ex. 32. tb. 8. §. usu ho-*
dierno. imò & testatur *A. B. Tit. 24* in verb. und der also an der
 Majestät schuldig erfunden/mit dem Schwerdt hinzurichten / auch
 alle seine Güter dem fisco zu erthellet/ und verfallen seyn, *vid. D.*
Beibman, adh. t. p. 295, n. 39. & crimine Hæreseos *D. Struv. d. l. tb.*
8. Scotan. p. 882. non verò crimine rapinæ, aut furto, nam si adsunt
 bona rapta, furtove ablata, restituantur domino, reliqua verò li-
 beris & parentibus cedunt, (quia ex bonis non nisi legitimè quæsi-
 tis, portio liberis debetur. *Nicas. p. 357. n. 4.*) alias punirentur
 etiam liberi, quod pugnaret cum præcepto Divino *Ezech. 18. v. 20.*
 sentiunt quidem incommodum liberi quandoque in bonis, quæ
 parentibus auferuntur, propriè tamen pœna non est, quia bona pa-
 terna futura non erant, nisi à parentibus ad ultimum usque suspi-
 rium sint conservata. *Grot. L. 2. c. 19. §. 10. n. 2. de J. B. & P.* quod
 rectè ab Alpheo notatum, dum ait: Patris pœna amittere liberos
 id, quod ab ipsis perventurum esset ad eos, quæ verò non à patre,
 sed aliunde, aut à rerum natura tribuerentur, ea manere incolu-
 mia, quod & in feudalibus observatur. *Carpz. P. 1. C. 27. d. 1. D. Struv.*
Synt. Jur. Feud. c. 9. §. 5. n. 8. & c. 15. §. 13.

§ IV. Ac-

Absoluta sic doctrina de poena, tam de jure Civili, quam moderno, Magistratibus svadere placet, ut jura Civilia uniuscujusq; civitatis, vel templorum portis affigendo, vel pro concione populo indicando, vel alia ratione publici juris faciant, ut non tantum cives earum notitiam habeant, sed etiam extranei & hospites legum non expertes sint, quia illae pro varietate locorum, diversimode variant: hinc injustum & aequitati contrarium videtur. Magistratum hoc intermittentem, poena capitali vel ordinaria, delinquentem afficere, consentiente *Grot: L. 2. c. 20. §. 43. n. 2. d. l. inqviante*: sicut circa leges Civiles eos excusamus, qui legum notitiam, aut intellectum non habuerunt &c: nec non. *d. l. c. 23. §. 13. n. 3.* qui contra leges non promulgatas peccat, non injuste videtur agere, quia in lege nihil tam stricte observatur quam promulgatio, nec ante promulgationem quidquam valere facit. *l. diva 65. C. de Decurionib.* praesertim si leges non sint juris gentium, neque delictum contra naturam, v. g. Adulterium, Furtum, Rapina &c. naturae enim repugnat, virum mulierem habentem cum alia quadam convalescere, quicquid in contrarium afferat. *Classen: Pol. L. 1. c. 2. p. 40* & ignotus quidam scripti Anno 1680. editi autor de Polygamia. Coeterum in rebus naturam non prohibitis, ne quis ignorantia se munire possit, operam pretium arbitror, ut leges omnibus proponantur, eleganter docente *Philosopho VI. Eth: §. 8. & D. Struv. Ex 1. th. 5.* Et tantum de hac materia; plura nec instituti ratio deprecatur nec ingenium meum quo me libenter metior, suppeditat. Nihilominus mihi ipsi satisfacisse videor, si lectores benevoli faverint conatui, & errata condonent errandi facilitati. Deo autem omnipotenti pro concessa gratia sit laus, honor, & gloria sempiterna.

FINIS.

OS (O) OS

Dum Themidos sacra Rostra petis, Meisnere, Parentis
Magni Progenies, sparsis prænuntia pennis
Fama volat cælo, doctâ ut sibi sede Theatri
Visa est innumeram Phœbeæ cernere gentis
Effigiem, atq; Tuum lætis ad sidera Nomen
Vocibus attolli: quos & Tibi jure Triumphos
Sumis. Jam plausu cuneos certare sonantes
Audit, & addet adhuc animos Tuba nostra, reponit.
Elaus sonipes quantum clamore juvatur,
Sit licet ad palma per se cursurus honores:
Tantum, noster Amor Meisnerus, percitus æstu
Virtutis, nervos tendet. Sublimis Olympo
(Audiant hæc livor) super æthera fortiùs ibit,
Et surget, totâq; sibi laudem asseret Ascra.
Sive coloratis per liquida surget ab Indis;
Sive cadens Sol Hesperio se gurgite condet:
Stabit honos, redivivaq; gloria, lausq; perennis!

MILITIÆ. SPECIES. THEMIS. EST. DISCEDITE. SEGNES.

Honori atq; amoris testando

ff.
COMMENSALES MEISNERIANI.

Emend:

p. 1. lin. 9. leg. moderator p. 3. lin. 8. leg. omnipotenti. p. 4. lin. 32. leg.
coercentur. p. 5. lin. 13. leg. est. li. 31. leg. servorum p. 16. leg. P. 8. p.
17. leg. Arthuro Duckio p. 20. lin. 28. leg. appellatio. p. 21. lin. 14. leg.
est. lin. 16. leg. Marcello p. 22. lin. 1. leg. perpetratores. lin. 8. leg. quia si dolg

ULB Halle
003 633 195


3




TA → OL

WMP







580/

I. N. D. N. I. C.
DISSERTATIO JURIDICA
DE

1681 M 2
13

ROBBARIA ET VIBONORUM RAPTORUM

QVAM
ASSISTENTE DIVINO NUMINE
PERMISSU
MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS
IN CELEBERRIMA ACADEMIA
LEUCOREA
PRÆSIDE

VIRO NOBILISSIMO ATq; EXELLENTISSIMO
DN. WILHELMO LYSERO
J. U. Doct. & antecessore ibidem longè ce-
leberrimo &c.

*Dno. Patrono Fautore ac Præceptore suo æternum
devenerando exhibet*

JOH. CHRISTIANUS MEISNERUS

Witteb. Sax.

Autor & Respond.

IN ACROATERIO JCTORUM.

Ad d. April. Anno 1681.

Wittenbergæ, Typis JOHANNIS WILCKII.

